



Francisci Balduini Iurisconsulti Notae Ad Lib. I. & II. Digest. seu Pandectarum : Accessit rerum & uerborum memorabilium Index.

<https://hdl.handle.net/1874/433440>

122



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>**

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
 - de kopsnede
 - de frontsnede
 - de staartsnede
 - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**More information on this collection is available at:
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>**

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:


- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

L. oct.

179


122.2





Jus positivum et Interpretatio

Octavo n°. 179.



N.B.a

ex dono Buchely
FRANCISCI
Balduini Iuris

~~dear~~ **consulti**


N O T A E

Ad Lib. I. & II. Digest. seu
Pandectarum.

ACCESSIT rerum & uerborum
memorabilium INDEX.

BASILEAE, PER IO.
annem Oporinum.





FRAN. BALDVINVS IA
COBO OMPHALIO IV.
riscons. V. C.



rum de edundis Iuris Ciuilis libris, qui & in integrum aliquando restituti, & necessarijs notis instructi essent, nuper deliberarem, doctiss. Omphali, commodum istinc ad me uenit Detleenus Langeb. Iuris cons. & quales in ijs similium dissimiliumq; & uero communium locorum indices adornaret, familiariter mihi exposuit. Laudavi, ut debui, hominis ingenii atq; industriam: atq; (quod aiunt) currentem etiam incitaui: mihiq; gratulatus sum, eas illum sibi partes in hoc opere sumere, quas & inuitus suscipieba, & derelinqui tamen non posse videbam. Interea uero dum hoc ageret, ut suas illas indices notas annumeraret, atq; etiam marginibus affigeret, placuit, ut quas præterea necessarias annotationes esse putarem, breuiter colligerem, iisdemq; libris aspergerem. Uix sane, ac ne uix quidem fieri potest in hoc genere scriptioris, ut modum eum reneamus, qui in multorum non incurrat repre-

Aa 2 hensio.

hensionem. Nam & pleriq_z docti homines, qui
quid iam sciunt, frustra dici ab alio, clamitant:
& indocti quicquid nesciunt, omnibus locis re-
quirunt. Sed cum illorum potius quam horum
reformidanda sit offensio, neq_z uerbosis commen-
tarijs, quibus nunc omnia redundant, lubenter
indulgeam, neq_z tam ocio abundo: neq_z si abun-
darem, tam abuti eo uellem: operam dabo, ut
pauca ex multis, quæ & minus protrita, & ma-
gis tamen necessaria esse uidebuntur, excerpam.
Specimen autem ut aliquod nunc ederem, cum
librarius ualde rogaret, & ego, minime licet o-
ciosus, iam ad hoc Scholiorū genus adgressus, hoc
& ποτε από μάτιον editurus essem, principio te
appellantū esse putavi, quem & intelligentem
iudicem & idoneum patronum melioris Iuris-
prudentiae esse scio: & ut in Germania ea expo-
liatur, mecum optare, atq_z etiam hoc agere non
dubito. Sed & quam nuper ex salutatione pri-
ma in Principum conuentu Francofordiensia a-
micitia contraximus, neq_z tamē longiori cōsuetu-
dine familiariter astringere potuimus, hoc officij
genere augere atq_z confirmare opto. Vale.

Heidelb. Idib. Iulijs.

CL A-

C L A R I S S. V I R O, D. F R A N-
cisco Balduino Iuriscons. & Legum professori,
Detleucus Langenbekius S.



E uero & laudo & ueneror, Balduine, Iurisconsultorū doctissime: quem video cum multis nostri seculi eruditissimis uiris id sedulō conari atq; age re, ut tandem Iurisprudentia nostra à fōrdibus (quibus penē oppressa ac sub focata iacebat) utcunque vindicata, nonnihil respirare, atque animam recipere possit. Nam ut planè ac per omnia in uerā ac pristinā dignitatē restituatur, optari magis quām p̄fēstari posse video. Tot enim mendis ac uulnerib⁹ omnia opplentur ac scatent, tantisq; quætionum, opinionum, dubitationum gyris multa, & haud scio an omnia, inuoluta, intricata ac fœdata sunt, ut illis uel sanādis, uel explicandis, uel abstergēndis, nulla unquam sufficere ætas posse videatur: tantum abest, ut ab uno solo, quantumuis fœlici atque ingenioso, tale quiddam sperare liceat. Omnem certe medicinam morbi grauitas, uitiorumq; multitudo superare uidetur. Laudandi tamen sunt, omniq; honore digni, qui huic tam p̄claro, omniumq; p̄fēstissimo operi manum admouere, ac pro uiribus subuenire non detrectant. Quales nostro tempore multos uidere licet: qui si perseuerare uoluerint, neque se rædio uel labore uinci aut fatigari passi fuerint, uidebimus breui Iurisprudentiam nostram plurimum recipere & decoris & ornamenti, ac quasi pristinū quiddam spirare. Ita enim video à multis quædam uel acutè ani maduersa, uel subtiliter extricata, uel ingeniose in ordine ac methodū cōtracta, ut bona spes sit ab illis ingenijs plura posse p̄fēstari. Quo in numero cū & te esse cōspiciā, nihil est quod me uel laudatore, uel hortatore tibi opus sit. Cum autem superiorum uitiorum mihi

multæ atq; infinitæ uideantur esse causæ, libet tamen
in quatuor tantum, easq; meo iudicio ferè præcipuas,
nō nihil inquirere, quibus utiq; uel sublatis, uel utcum
que mitigatis, sperem omnia in Iurisprudentiæ studio
melius esse habitura. Primum fuit omniū artium ge-
neralis quædam barbaries & corruptela: quæ cum o-
lim in omnib. ferè scholis in usu esset, fieri non potuit
quin & Iurisprudentia quasi contagio quodam infice-
retur: præsertim cum adolescentes primis illis artibus
corruptè ac barbarè instituti, male imbutum animum
ad Iurisprudentiam adferrent. Cuius causæ ratio cum
nostro seculo (Dei benignitate) mutata sit, uidetur &
Iurisprudētia, & cæteræ omnes discipline statim quasi
nouā faciem induisse. Deinde in confessu est, ipsum
Iustinianum nimis certè concise ac mutilatè multa ex
ueterib. Iurisconsultis in libros Digestorum retulisse:
quæ ut fortè illo tempore ob copiam libroru, & scho-
larum doctrinam, nota erant studiosis, ita certè nunc
sublatis ueterum illorum Iurisconsultoru scriptis, uix,
ac ne uix quidē intelligi possunt. Cui tamen uitio frag-
menta quædam, quæ multorum industria ac diligētia
passim inueniuntur, non nihil mederi uidentur. Ter-
tio negari nō potest, ipsum textū infinitis scatere men-
dis, quæ librariorum partim negligentia, partim insci-
tia peperit. Quis enim credat ueteres illos librarios in
tam longo scribendi tædio, fideliter omnia descripti-
se, cum etiam quod scribebent, non inteligerent? Gra-
culi enim ferè erant, & Latinæ linguae, atq; ideo Iuris
non admodū periti: cum multa tamen sint, quæ in hūc
usq; diē uel à doctissimis uiris uix intelligi potuerint.
ut raseam, quām multa pro captu suo ac sensu, scripto-
res illi uel mutauerint, uel expūixerint, uel addiderint.
Sed cùm frequens bonorum authorum lectio, quibus
hoc tempore repleta sunt omnia, tum uero quorūdam
ingeniosa cōiectura, multa in hac parte & iuuat & sar-
cit. Quartum, quod Iurisprudentiā non pro parte,
sed

E P I S T O L A.

7

sed prop̄ in totum corruptit, est scholastica illa Docto-
rum tractatio, ex qua (ut ineptias & barbariem omit-
tam) illa, quam uidemus, Commentariorum, Repeti-
tionum, Cōsiliorum multitudo, quæstionum scrupu-
losa & inexplicabilis intricatio, allegationum infinita
congeries, orta est: quæ omnia adeò creuisse uidemus,
ut mole iam sua laborent, nec ultrà quò progrediātur
habeant. Factū est autem, ut studiosi plus operę ac stu-
dij Doctorib. illis, quām ipsi textui dederint: & cum ip-
sos Iurisconsultos ac fontes magna cum uoluptate e-
discere potuissent, maluerint perpetuō in ediscēdis ac
euoluendis DD. commentarijs occupari, proptereaq;
tarò obscurioris alicuius legis uerum ac genuinū sen-
sum percepent. Vel enim ijs quæ ab alijs tradita esse
uidebant, cōtentī erant: uel iudicio, eorū assidua com-
mentariorum lectio, corrupto, tenebras tenebris ad
debant, ac male tradita peioribus mutabant. Hinc infi-
nitæ illæ DD. inter seipsoſ reprehensiones, tales, ut ni-
hil ferè in Iure, quod in scholasticam disceptationē in-
ciderit, certi relictum sit. Ita enim uelitationibus, rixis,
confutationib. omnia feruent, ut cui sententiæ accedas,
uellementer dubites. Qua in re mihi quidem nostri ue-
hementer errare uisi sunt. Primo, quod nullā poterant
tenere methodum: sine qua tamen nulla ars consiste-
re, nec officinū suum p̄f̄stare potest. Quomodo enim
tam confuso genere studendi, certā aliquam Iuris for-
mam, uerumq; rerum ordinem uel assequi, uel animo
concipere poterant? Illam certè si quam uoluissent, nō
ex cōmentarijs DD. sed ex ipſis Iurisconsultis hauriri
ac peti necesse erat. Deinde quid ex scriptis DD. quam
barbariem imbibeant: cum tamen potuissent, si ipſis
tantum Iurisconsultis operam dediſſent, omnia latinè
explicare atq; effari: ut raceam quantum illa barbaries
uero iudicio, atq; adeò intellectui legum offecerit. Vix
enim barbarus ea quæ eleganter ac latinè scripta sunt,
præsertim in tāta Iuris subtilitate, recte intelliget. Ter-

Aa 4 tiō,

tio, quod ueras rationes ueteris Iuris eos ignorare necesse erat. Haud facile enim quisquam eas recte assequi poterit, nisi qui assiduè lectioni Iurisconsultorum incumbat, eorum uerba excutiat, perpendat, scrutetur, remq; ipsam ex ipsis uerbis attente ac diligenter meditetur: quod in tam confusa DD. multitudine fieri uix potuit. Quartò, quod in omnib. ferè probandis authoritate ipsorum DD. usi sint, nihilq; sine molesta ac longa allegationum serie tractarunt: cum tamen potuerint uno aut altero responso ueteris alicuius Iurisconsulti rem omnem confirmare. Certè illi DD. authores Iuris non sunt, sed tantum interpretes; nec quicquam illorum ualeat authoritas, nisi si sententiam suam uerbis Iurisconsultorum ac Legum comprobant: quæ quidè frequenti lectione mihi & quæ atq; illis in promptu esse possunt. Neq; enim diligentí lectori, si modò memoria nonnihil ualeat, quicquam potest esse incognitum. Indignissimum ergo fuerit, ex putidis lacunis haurire, quod ex ipsis fontibus nitidius ac purius sumi poterat. Nec uero Doctoris authoritas (uel ipsorum iudicio) absque lege quicquam ualeat: nec si lege quicquam scriptum ac caustum est, id DD. quatumuis mulitorum authoritas, uel imminuere uel augere potest. Ex ipsis certè legibus, tam ipsis quam nobis petenda est probatio: quas quo diligētius quisq; legerit, eo expeditius in prōptu habere poterit: exercitatio earum augebit usum. Quintò, quod infinito labore in perlegēdis illis cōmētarijs, ac repetitionib. opus erat: cū tam potuerit res tota expeditius & maiore cū fructu ex ipsis fontibus addisci. Quis uero sufficerit omnib. omnium Commentarijs, repetitionibus, ac consilijs uel coemendis, uel perlegendis: ut taceam, tam multa esse interim absurdia, insulsa, inutilia, inepta, barbara, toties alienissimis etiā locis repetita, quæ magno cum tædio ac labore sunt deuorāda. Non diffiteor utile esse quandoq; inspicere cōmentarios DD. sed id inspi- ciendi,

E P I S T O L A .

ciendi, cum est necesse, tantum causa faciendum est, nō ut pricipiam aliquam operam in illis perlegendis ac ediscendis collocemus, quæ ipsius Iuris Civilis literis debetur. Sanè si ex Commentarijs DD. omnia pende bunt, nullusq; uerus Iurisconsultus iudicabitur, nisi qui illorum lectione abundauerit: fateri necesse erit, ueteres illos, ex quorum scriptis Ius Ciuitile concinnatū est, uel etiam eos qui tempore Iustiniani uel paulo post uixerunt, cum hanc tractandi rationem ignorarunt, neque eiusmodi Commentarios unquam conspexerunt, non fuisse ueros Iurisconsultos. Quid? Ipsum etiam Iustinianum, dum tam anxiè ne Commentarij in Ius Ciuitile scribātur prohibet, inscitissimè fecisse indicādum sit. Quo quid insultus dici aut cogitari possit, non uideo. Sed quò progredior? aut quid hæc ad te? Noctuas scilicet Athenas: cum ipse talib. non solū abundare, sed & alios instruere soleas. Dabis autē ueniam doctissime Balduine, huic importunæ meę loquacitati. animi enim affectu quodam, eoq; ut opinor, non indigno, longius euagatus sum quam constitueram. Fator enim incredibili me uoluptate affici, cum uideo hac nostra ætate (ut de cæteris disciplinis taceam) Iurisprudentiam nostram, quę barbarie penè extincta erat, ingenio ac industria nonnullorum quasi resloresce re, suumq; recipere nitorē: adeò ut si ipsi ueteres Iurisconsulti reuiuiscerent, suorum quasi temporum florem in nostris agnoscere posse uideantur. Cum autē pro amicitia ac consuetudine, quæ mihi nuper tecum intercessit, sæpe de his rebus familiariter aciucundè internos conferre soleamus, memini te non ita pridem inter cætera mihi narrasse, tibi in animo esse Ius Ciuitile brevibus quibusdam Annotationibus illustrare: quibus tantum difficiliora quæq; breuiter explicarentur. Quod cum mihi uehementer probaretur, nonnullaq; adiecissem, quæ & mihi ad eam rem admodum comoda uiderentur: tandem in eum incidi sermonem, ut

A a 5 & me

& me aliquid eius generis in gratiam studiosorum pre-
manibus habere, atq; etiam aliquotenus progressum
esse dicerē. Rogasti igitur me, ut id quale esset, tibi ex-
ponerem. quod & feci, simulq; labores in ea re meos
ostendi. Qui cum à te summopere probarentur, peti-
sti à me, ut tibi omnem instituti mei rationē atque u-
sum magis declararem. Accipe igitur paucis docti-
fime Balduine, quod nam sit in gratiam omnium qui
posthac Iuri operam daturi sunt, institutum, atq; adeò
(quod Deus Opt. Max. secundet) inuentum meum.
Verè enim meum gloriari possum, quod quantis mihi
constiterit & meditationib. & laboribus, res ipsa quan-
doque declarabit. Scis mi Balduine, glosas Iuris Ciui-
lis, quibus certè nullo modo carere possumus, nihil fe-
rè aliud agere, quam ut annotent similia & contraria.
Similium autem cognitio & inspectio (ut ipse optimè
nosti) ad hoc præcipue utilis est, ut ipsos textus disertè
intelligamus, ferè enim textus textum explicat. Atque
ea expeditissima, optimaq; ratio est discendi, collatio-
ne responsorum ac legum inter se, uerba ipsa ac senten-
tiam scrutari, perpendere, excutere: itaq; fit, ut Iurisconsul-
tus Iurisconsulti quasi interpres sit. Quo genere
quid potest esse suavius, aut sincerius? Presertim in tā
angusto angulo, quo nos Iustinianus inclusit. Dein
de contraria nosse, ad ueritatem rerū necessarium est:
quæ tamen tanta non sunt, quin ex inspectione uerbo-
rum, reiçq; subiectæ cōsideratione, si credimus Iustinia-
no (paucis exceptis) dissolvi possint. Nemo autē est
qui ignoret, quantū moræ sit in perquirendis illis capi-
tibus Legum similium uel contrariarū, cum tituli pleri-
que admodū sint prolixī, multaq; & perperam & falso
in Glossis quādoq; uel annotata uel impressa sūt: quo
perquirendi labore multum temporis effluit. ut taceā,
uno loco omnia similia uel cōtraria notata non esse, &
esse necesse plerūque plures ob id glossas percurrere:
ideoq; uel triplici uel quadruplici perquirendi labore
fatiga-

fatigari. Qua mora studijs Iuris latè patentibus nihil potest esse nocentius. Excogitau igitur rationem aliquam, qua similia & contraria omnia, non titulis uel capitibus Legum, sed numeris paginarum in marginē commodè notari possent: idq; tam aptē & expedite, ut quantumuis remota, indicio numerorum statim absq; ullo errore, ullaq; mora inueniri queant. Qua ratione & illud assequuntur studiosi, ut non tantum ea quæ in singulis glossis notata inueniuntur, sed & infinita præterea, statim ad manum habeant. Ad hęc, ut unicuique ad eundem modum, quæcunq; libuerit numeris assignare cōmodum sit. Comparau igitur ad eā rem mihi exemplar iuris Ciuilis, magno certē cum labore, tēdio magno, ac molestia non parua, nudum scilicet ac purum textum: curau içq; ut libri Digestorum à principio usq; ad finem, unum ac perpetuum habeant numerum paginarum: item ut Codex similiter suum: idem de Nouellis & Institutionibus. Præterea distinxí exteriorem marginem paginarum tribus columnis, sic ut ex inscriptione appareat, ad quam partem quaevis columna pertineat. Spectat autē prima columna & proximior textui, ad libros Pandectarum: altera ad Codicem: tertia ad Nouellas & Institutiones. Quæcunque ergo similia uel contraria in Digestis reperiuntur, ea in prima columnā erigione textus numeris paginarum aptē designata sunt: quæ in Codice, in secunda: quæ in cæteris, in tertia. Sic cum inter legendum annotata similia uel contraria perquirere uolo, ex ascripto numero in margine intelligo numerum paginæ, qua simile uel contrarium continetur. Ea inuenta, inspicio columnam, quę ad partem illam spectat: & perquiro numerum illius paginæ, alqua scilicet quid requiro. Quem ubi etiam inueni (quod nullo errore, & dicto citius, fieri potest) iam erigone illius numeri habeo quod mihi fuit perquirendū. sicq; numerus numerum indicat, nec patitur quenquā aberrare:

EPISTOLA.

errare: sibi enim inuicem respondent, idq; siue antrorsum siue retrosum perquirere uelis, & semper quocumque modo rem tentes, & quoquod te uertas, certi sunt, hoc qui sequitur modo:

Nume pagin. à qua.

116

Nume pagin. ad quam.

238

238

116

Num. colum. à qua.

Num. colum. ad quam.

Eaç omnia & retrò se ita habent, si ex posteriore parte perquirere uelis. Qua quidem perquirendi facilitate studiosis Iuris nihil potest esse utilius. Quid enim commodius, quām id ipsum quod perquirere uelis, statim, & absque ulla dilatione ac mora posse inuenire? cū aliàs uulgato ac solito illo modo multū tēporis pereat. Sic ego sanè sanctè adfirmare ausim, studiosum iuuenem hac ratione plus anno uno profecturū, quām uulgari modo duobus. Præterea hæc res & illam commeditatem secum adferet, quod studiosi in puris tantum uersabuntur textibus, nihilç ferè alieni à uerbis Iurisconsultorum legent. quod quantum ueri fructus allaturum sit adolescentib. omnes docti facile intelligunt. Parum enim aberit, quin hac ratione Ius Civile propemodum ediscere, atque in omnib. ipsorum Iuris consultorū uerba ac sententias in ore habere possint. Si uero quisquam alicubi uel ob difficultatem, uel ob antinomiam hæreat, integrum illi erit, uel glossas, uel DD. uel recentiorem aliquē interpretē inspicere. Nihil enim meo hoc labore cuiquam praividicatum uelim. Nam & suum ac propriū separatim hæc res habet usum. Atque hac ratione iam plusquā tres partes Digestorū (quas & ipse uidisti) confectas atque exornatas habeo, unā cum Institutionib. Quanto autem cum labore ac molestia eō processerim, cū cuiusque rei potissima

ac diffi-

ac difficillima pars sit principium, nemo præter me no-
uit, adeò ut plus quam centies nimis tardio quasi ui-
ctus, de abiecta ac desereda re cogitarim: fecissemque,
nisi si plus apud me communis omnium studiosorum utili-
tas, quam priuata & ualestudinis meæ, & rei familiaris
iactura ualuerisset. Videbam rem esse infiniti & incre-
dibilis laboris, præterea sterilem, quod ad me attinet,
ut pote ex qua nihil uel commodi uel emolumenti sperare
possem: cum interim conspicerem alios professionib.
aduocationib. alijsq[ue] officijs quibus & ego (dijs gra-
tia) uacare possem, rem facere, ditescere, summo loco
atq[ue] honore esse, se se uenditare: me autem quasi pistino
deditum, etiam cum rei priuata detimento, perpetuis
molestijs ac laboribus sine ullo operærecio confici,
omnemque hanc rem meo damno, aliorum commodis pa-
rare. Vicit tamen tandem communis utilitas, & ut arbit-
tror, in posteru (nisi si fortasse nimium ingratii homines
sint) uincet. At dices, quarecum iam eò progressus sis,
in absoluendis cæteris partib. continuo non pergis?
Vide mihi Balduine, quid in causa sit. Constitui corpori
Iuris ita à me notis ac numeralib. concordantijs illu-
strato, duplum adiucere indicem: ac priorē quidem,
qui commodissima, quantu[m] ingenio effici liceret, ratio-
ne contineat omnes sententias, formulas, clausulas, ra-
tiones, flosculos, uerba insigniora, res, & in summa
quicquid usquam est in Iure, quod uel memoratu di-
gnū, uel Iuris tractationi quoquis modo utile esse pos-
set: adeò ut studioso cuiusvis, mediocriter etiamnum in
iure uersato, quidvis ex eo statim inueniendi facultas
sit. Qua parte & miru[m] in modu[m] studia adolescentum,
atq[ue] etiam prouectorum me adiuturum confido. Nihil
certe in hunc usque diem uidi, quod mihi in eo genere
uel minima ex parte satisfecerit. Sed eo, de quo lo-
quor, indice, ita conclusum reddetur totum Ius Ciui-
le, ut Iuris consulto nulla facile (meo iudicio) occurre-
re possit res, questio, uel circumstantia, ad quam ex il-

lo indice

lo indice, si modò in eo non nihil tritus quis sit, sententiæ, regulæ, uerba, clausulæ, formulæ, &c. illi ad manum & in promptu non sint futura. Cum autem glossæ ipsæ in multis mihi nō satisfacerent, hæreremq; nonnumquam in plerisque, constitui certa de causa, intermissio notarū principali opere, ipsum indicem aggredi: quo perfecto, sentio me supra modum in absoluendis numeris ac notis posse adiuuari. Hoc igitur nunc facio, & (Deo dante) plus quād dimidiam partē, ut ipse tuis oculis uidisti, confeci: nec desinam, donec ad finem (quod non multis mensibus futurum spero) perduxe ro: nihilq; moræ erit, quin studiōsis statim cōmunicē. nec dubito, quin eo magna cum uoluptate ac commōdo sint fruituri. Aliud enim quiddam in eo, quād quod uulgō cognitum sit, experientur. nec metuo, ne tibi nimium, & ambitiosius quād deceat, de meis glo riari uidear, cum ipse mihi oculatus testis sis, tibiq; per omnia, quæ adhuc uidisti, probari minimè dubitē. Sed (dij boni) quantum illic principiō molestiæ, quantum tædij, quantum impediti atq; improbi laboris sensi: pa rum ut absuerit, quin (quod & ante aliquot annos semel aut iterum fecerā) abiecerim: & mirari desinam, multos idipsum sape esse pollicitos, nec dum tamen quenquam in medium tulisse. Sed hic fortasse scire cupias, ecquid fiet de altero indice, & quis illius usus? Is certè non nisi absolutis notis ac numeris inchoabitur, eritq; labor paucorum mensium. Complectetur autē ordine, primum rubricas totius Iuris Civilis: singulisq; rubricis, indicio tantum titulorum Legum ac paragraphorum subiecta erunt, quæcunq; passim in alijs titulis ad eam rubricam quovis modo pertinentia continebuntur. Adeò ut præter ea quæ Justinianus singulis titulis destinauit, cætera quæ eius generis per totum Ius Ciuile sparsa sunt, ad manum habeantur. Quæ res ad eas quas vocant Summas conficiendas ingens præbebit adiumentum. Erit enim quasi sylua quædam omnium

EPISTOLA.

15

Omnium illarum rerum, quæcunq; ad titulum spectant.
Atque ita quidem nulla ferè erunt toto Iure Ciuli, quæ
primum numeris illis ac notis, deinde duobus illis in-
dicibus inuicem connexa, colligata ac constricta non
sint: sic ut studio sus iuuenis mediocri adhibita diligē-
tia, totum Ius Ciuale in promptu habere, ac quasi pu-
gno conclusum tenere posse uideatur. Exposui tibi,
quantum potui dilucidè, omnem rationem instituti
mei, mi Balduine: nec dubito quin pro cädore, animo
ac uoluntate tua in me, singulariç; qua præditus es, do
ctrina, non modò non sis improbaturus, sed in gra-
tiam studiosorum magnopere desideraturus, ut in lu-
cem quam primum prodeat. Facilè enim (quo es inge-
nio atq; eruditione) perspicis, quæ inde utilitas ad Iu-
ris studiosos peruentura sit. Quod quamvis alijs non
zequè fortassis iudicare promptum erit, multis etiam
ob rei nouitatem ac difficultatem quasi absterritis ac
diffidentibus: tamen re semel absoluta ac conspecta,
neminem tam ingrato ac iniquo animo futurum con-
fido, cui non res placeat. Suntq; mihi nōnulla etiam
alia in animo, non minoris (ut puto) commoditatis,
quæ (si res ferat, & fieri ullo modo possit) adiçere nō
gratabor: sentientq; omnes omnium nationum Iuris
ac Legum studiosi, tale quiddam ab homine Germa-
no & Saxone esse profectum, quod nemo in lucem
unquam proditum facilè credere potuerat. Atque
utinam mi Balduine ea essent nostra tempora, ut opti-
mis laboribus atque inuentis suus esset honos, & iu-
sta industria: præmia: nihil mihi esset iucūdius, quam
omnibus neruis huic pulcherrimæ rei solidam præ-
stare operam. Sed cum ingratitudinem, ac etiam fa-
fidum seculi nostri confidero, fateor me remissius
non nihil agere, actarditate quadam debilitari. video
enim præ oculis rei meæ familiaris neglectū ac iacturā:
video aliorum qui leuibus admodum astringuntur la-
borib. honores ac diuitias: sentio & laboris huius in-
credi-

credibile pōdus , quod me frustra , ac nullo proposito
præmio perferre necesse sit. At si liceat mihi aliquē ha-
bere Mecenatem , qui liberalitate sua labōribus ac da-
mnis meis nonnihil subueniat , quales plerisq; in re-
bus multo tenuioribus obtigisse scio : sic ut cum digni-
tate aliqua ac spe , postpositis omnibus curis , quæ ani-
mo quandoque obrepunt , cursumq; remorantur ,
Huic rei me totum dare possem , sentias qua alacritate
omnes labores ac molestias contemnerem , quaq; con-
tentione perficiendo negocio instarem : adeò ut pro
magnitudine rei , quæ profectō ingens est , omni expe-
ctatione citius absoluueretur . Sed mihi hæc felicitas
nunquam obtingere potuit , idq; fortassis mea ipsius
culpa: quod scilicet tali me rei dedere maluerim , quæ à
plerisque omnibus uel ut non intellecta contemnitur ,
uel ut incredibilis & desperata negligitur : cum si alio
quodam genere operam meam uenditare mallem , ali-
quo forte loco cum cæteris esse possem . Verūm hæc
fortassis prolixius paulò ad te quām par erat : qui grā-
uioribus es occupatus , quām ut his tam multis atque
incomptis perlegendis tempus perdere debeas . Tu ta-
men dabis ueniam uerboſitati meæ . Primum enim ad
scribendū leuiter inuitatus , si quid ultra modū (quod
fateor) processi , id non imperitiæ ac uitio , sed potius
amori atq; animo in te meo adscribendum
ducas . Vale , Calendis Iulij .

M. D. LVII.

17

FRAN. BALDVINI IV-

RISCONS. NOTAE

AD IVSTINIANI IMP. IN PANDECTAS
PROLEGOMENA.



Agna quædā & præclara pro-
fectō res est Iuris uniuersi fini-
nitiq; compositio, descriptio-
ue. Maxima uero in ea colligē-
da Romanorū diligentia fuit.
Primum totam ciuilem scien-
tiām descriptis omnibus ciui-
tatis utilitatibus ac partibus, xii Tabulis cōten-
tam fuisse, dixit apud Ciceronem Crassus: dixit-
que suo adhuc tempore Liuius, nō solum ijs ab-
solutum fuisse uelut corpus omnis iuris Roma-
ni, sed & deinde in hoc immenso aliarum super
alias aceruatarum legum cumulo fontem omnis
publici priuatique iuris fuisse. Paulo post xii
Tabulas, ex interpretatione Prudentum, & fori
disputatione, natum præterea est Ius quoddam
(ut propriè appellabatur) Ciuale. Id etiam col-
lectum digestumque tandem ita fuit, ut esset al-
terum ueluti corpus iuris Romani. Q. Mutium
Pont. Max. generatim constituisse ius Ciuale, in
libros 18 redigēdo, ait noster Pomponius. Hu-
ius Mutij Cons.collegafuit Licinius Crassus, qui
apud Ciceronem fatetur, olim nullos fuisse, qui
ius artificiose digestum generatim componeret:
proptereaq; difficilem uisam esse iuris scientiam,
cuius ars nulla esset: quæ quidem ars rem disso-

B b lutam

Iutam diuulsamque cōglutinaret, & ratione quā
dam constringeret. Ait, sese iamdiu hoc cogita-
re, ut omne ius ciuile in genera digerat, quæ per-
pauca sunt. deinde eorum generum quasi mem-
bra quædam disperiat: tum propriam cuiusque
iuris definitione declarat. Id si efficiat, perfectam
artem Iuris Ciuilis fore magis magnam & ube-
rem, quam difficilem & obscurā. Interea autem
dum hæc quæ dispersa sunt, coguntur, licere uel
passim carpentem & colligētem undique, reple-
ri scientia Iuris Ciuilis. non enim multis eam li-
teris, aut uoluminibus magnis contineri. Eadem
esse elata primū à pluribus: deinde paucis com-
mutatis uerbis, etiam ab ijsdem scriptoribus scrip-
pta esse sæpius. Ex hoc Crassi sermone intelli-
gimus, ecquæ illis temporibus esset conditio Iu-
risprudentiæ Rom. & uero quid in ea desiderare-
tur. Credo equidem Q. Mutium huius sui col-
legæ informationem secutū esse, cum ijs, de qui-
bus dixi, libris Ius Ciuile generatim constitue-
ret. Quid uero Seruius Sulpitius, Q. Mutij au-
ditor? Magistro etiam suo præstatiorem tandem
fuisse Iurisconsultum, Cicero in Bruto scribit.
Iuris enim Ciuilis magnum usum apud Q. Mu-
tium fuisse: arte in uno Seruio. quod eam quoq;
didicisset artem, quæ doceret rem uniuersam tri-
buere in partes, latentem explicare definiendo,
obscuram explanare interpretando, ambiguam
primū uidere, deinde distinguere: postremò ha-
bere regulam, qua uera & falla iudicarentur: &
quæ quibus propositis essent, queque nō essent
consequentia. Seruum itaq; attulisse hanc ar-
tem quasi lucem, ad ea quæ confusæ ab alijs re-
spon-

spondebantur, aut agebantur. Sed ex hac ipsa arte, Iuris artem aliquam eum descripsisse, multos licet de iure libros reliquerit, nō existimo. Script & eo tempore Cicero de legibus & Iure Civili. Scriptisse & de Iure Civili in artem redigendo, testis est Aulus Gellius. Sed Quintilianus indicat, non omnino eum absoluuisse quod instituebat. Ait, eum componere aliqua de iure cœpisse. Si doctissimis illis temporib. principes Iurisconsulti non perfecerunt, quod iam tum desiderabatur: effectū id postea profecto non est, cum etiam illam Seruij artem, Dialecticam dico, qui eum alioqui proximè secuti sunt, minimè tenerent. Testis est Ciceronis ad Trebatium libellus Topicorum. Quid igitur? Cum magis atque magis ius Romanum diffunderetur, de eo cōstrigendo: cum dispersum esset, de eo colligendo potius deliberarunt Principes Romani: & (ut Ciceronis uerbo utar) οὐαγγεῖλος illius quædam non minus quam ars desiderari cœpit. Mitto, quod de Pompeio memoriae proditū est. Sed Suetonius Iulium Cæsarem laudat, quod (ut ait) destinasset ius ciuile ad certum modum redigere, atque ex immensa diffusaque legum copia, in paucissimos conferre libros. Qualem iuris Romani siue ἐπιτομὴν, siue εὐλογὴν is institueret, diuinare ut cunque possumus: sed cum ne inchoata quidem illa fuerit, nihil est quod de ea dicamus. Post Iulium magis atque magis aucta multis legibus, & nouis Iurisconsultorum disputationibus cumulata est Iurisprudentia. Sed habuit tandem temporibus Adriani Imp. edictum perpetuum, quod esset certum quoddam ueluti corpus Iuris per-

petui. Ius Romanū uel ex XII Tabulis, uel ex Edicto Prætoris iam suo tempore peti discique sole, Cicero significat. Edictū uocabatur, ipsum Præteriorū edictorum uolumen. Seruius Sulpitius duos libros, sed perbreues, ad Edictū subscriptos, reliquerat. Sed paulo post eius auditor Aulus Ofilius, cum libros de Iure Ciuitati multos, qui omnem partem operis fundarent (ut ait noster Pomponius) conscripsit, tum uero Edictum Prætoris primus diligenter composuit. Prima tamen haec Edicti compositio posteritati minimè satisfecit. Quid igitur? Maiori diligentia Salvius Julianus Prætorum edicta omnia, quæ quidem perpetuę Iurisdictionis essent, collegit: eamque compositionem Adrianus Imp. senatusque Rom. probauit atque confirmauit, ut ex ea deinceps ius diceretur. Aulus Gellius, qui postea uixit, quodam loco scribit, sibi, cum in bibliotheca templi Traiani forte federet, & aliud quid requireret, in manus incidisse Edicta ueterum Prætorum. Idem alio loco, citat uerba Prætoris ex Edicto perpetuo de flamine Diali, & sacerdoce Vestae. Cum Edictum perpetuum dicit, inteligit illum, quem dixi, librum Juliani. sic enim appellabatur. Vnde & Eutropius libro octauo: Salvius (inquit) Julianus sub Diuino Adriano perpetuum composuit Edictū. Nihil est, quod nunc obseruare magis sit necesse. Fuit enim hoc ueluti archetypum Pandectarum, ut paulo post dicemus. Fuit nobilissimum corpus iuris Romani, & uniuersae Iurisprudentiae, quæ nobis restata est, caput. Nam & ad eum in primis fontem referuntur iij, quos nunc legimus, libri iuris ciui-

lis:

lis: magna^{que} Pandectarum pars est ex libris ad Edictum, ad Edictum Urbanum, ad Edictum Prætoris. hæ enim inscriptiones sunt. Ordinem Edicti perpetui laudat Hermogenianus, De stat. hom. 2. Auctoritatem edicti perpetui commendat Seuerus Imp. l. 3. C. de eden. Saluiū Iulianum Prætorij Edicti perpetui ordinatorem, prædicat Iustinianus l. penult. C. de cōdict. indeb. Legum & edicti pérpetui subtilissimum conditorem, appellat in sua ad Senatum & omnes populos epistola Latina, ubi & compositionem huius Edicti ascribit Diuo Adriano, & S. C. confirmatam fuisse significat. In Græca, etiam apertius, quid illud fuerit, indicat.

Statim atque Edictum perpetuum edidisset Iustinianus, Iurisconsulti Commentarios illi suos affuerunt. Viuebat eo tempore Caius. Huius ad Edictum libri sæpe in Pandectis laudantur. Vlpiani deinde, atque Pauli multo etiam plures. Sed Iustinianus conqueritur, talibus commentarijs factum esse, ut rursus confusa, & in immensum atque infinitum producta fuerit Iurisprudētia. Vtinam uero alia non accessisset aliunde cōfusio: quæ pfecto maxima consecuta est. Nam & eæ paulopost barbarorum temporum tenebræ fuerunt, diuulso Imperio Romano, ut totius tandem Romanę Iurisprudētiæ memoria propè delata sit. Viuebat temporibus Valentiniani Valentisque Ammianus Marcellinus. Is libro 30. narrat, suo iam tempore Iuris scientiā, repugnatum sibi Legum dissidijs abolitam fuisse. Qui eam profitebantur, non tam homines, quāmlar uas fuisse, & umbras. Sese tamen uenditasse, non

aliter, quām si Sibyllinorum oraculorum inter-
pretes fuissent. Neque uero doctiores fuisse cau-
ſidicos. Itmò uero tam fuisse rudes, ut nunquam
se codices habuisse meminissent. Secutus est nō
multo pōst Theodosius secundus, qui ueterum
Prudentum scripta confirmauit, & legis uim ha-
bere iussit. Sed confuse illa confirmare, neq; pre-
terea quicquam discernere, quid aliud tandem
fuit, quām Ius confusum magis atque magis per-
miscere? Non audebat, opinor, suscipere cogni-
tionem eius rei, aut ad suorum temporum iudi-
cium eam reuocare. Principum quidem, preſer-
tim posteriorum, constitutiones collegit, & in
codicem unum digessit. Sed ueterū Prudentum
libros attingere nullus tunc audebat, non magis
quām Sibyllinos. Ergo licet eius effent auctori-
tatis, ut propē adorarentur: tamē religionis que-
dam pars erat, eos non euoluere. In puluere ita-
que & situ sepulti iacuerunt, usq; ad Iustinianū.
Is in media etiam barbarorum temporum caligi-
ne, ausus est (audax profectō, & maioris fortasse
animi quām consilij facinus) manum illis ad-
mouere; ut etiam ex ijs nouam quandam Iuris
uniuersi, quo & ipse & posteritas uteretur, ^{enfor-}
^{yam} excerpti uellet: & quod hactenus tentare nul-
lus audebat, describi posse putaret, unius sui Tri-
boniani ope & ingenio fretus. Si habuisset ali-
quem Murium, aut Crassum: si, ut Iulius Cæsar,
Sulpitium aliquem: si aliquem Julianum, ut A-
drianus: fortasse potuisset, quod instituebat, effi-
cere. Sed suo Tribonianō est contentus, nullaq;
desperatione debilitatus, 18. Cal. Ianuar. Lampa-
dio & Oreste Coss. (qui annus c̄hristi fuit tri-
gesimus

gesimus supra quingentesimum) de conceptio-
ne Digestorum mandatum edit. Mandat autem,
ut in hoc opere collegas sibi Tribonianus adiun-
gat quos maximè idoneos esse putaret. Is adhi-
buit Theophilum & Cratinum, Constantinopo-
litanos: Dorotheum & Anatolium, Beritenses,
Iuris Antecessores: & ex foro Prætorianæ Præfe-
cturæ Orientis, causarū patronos undecim. Vel-
lem equidem, etiam sibi adiunxit Iulianum,
eius temporis Consulem & Patricium Constan-
tinopolitanum: quem Priscianus testatur, in om-
ni genere doctrinæ tam Græcos quam Latinos
ueteres propè superasse. Ipsum denique Priscia-
num adiunxit, qui tunc quoque Constantino-
poli uersabatur, Grammaticum illum quidem,
sed talem Grammaticum, qui Romanarum & li-
terarum & antiquitatum cognitione præstabat,
ac ueterum quoq; Prudentū monumenta euol-
uebat, & eruditam dicendi scribendique uiam
tenebat. Sed qualescunq; tandem fuerint, sexde-
cim uiri cōcipiendorum Digestorū, Iustinianus
primum ijs mandat, ut antiquorum Prudētum,
quibus auctoritatem conscribendarum interpre-
tandarumque Legum Principes dederūt, libros
ad ius Romanū pertinentes legant, & ex ijs om-
nem operis materiā colligant. Qui nam ijs fue-
rint intelligi potest ex Theodosij Constitutio-
ne: quæ eti integra non extat, tamen quod quæ
rimus, satis indicat. Papiniani, (inquit) Pauli, “
Caij. Vlpiani atq; Modestini scripta uniuersa fir- “
mamus: ita ut Caium, Vlpianum, Paulum & cæ- “
teros comitetur auctoritas. Eorum quoq; scien- “
tiā, quorum tractatus atque sententias prædi-

“ Eti omnes suis operibus miscuerunt, ratam esse
“ censemus, ut Scæuolæ, Sabini, Iuliani atq; Mar-
“ celli, omniumque, quos illi celebrarunt. Qui au-
“ tores, & (ut iam appellabantur) legislatores in
“ Pandectas relati sint, ex ipso indice, quem Iusti-
“ nianus præfixit (quanquam is integer non sit)
“ intelligi magis potest. Sanè Iustinianus hic fate-
“ tur, multos abs Triboniano libros oblatos fuisse,
“ qui tum alioqui incogniti erant: & uero ad
“ duo penè millia librorum euoluenda fuisse. Sed
“ qualium librorum? Qui plusquam trecentas my-
“ riadas uersuum continebant. Quid multis? Pro-
“ fitetur semel atque iterum, omnē legum memo-
“ riām, quæ annis mille & quadringentis fuisset,
“ ab Urbe condita usque ad sua tempora, collectā
“ fuisse. Fallitur sanè in ea annorum supputatio-
“ ne, (non enim plus quam mille & ducenti anni
“ intersuerunt) & hic statim error indicat, tenuē
“ & obscurā tunc superfuisse memoriam rerū Ro-
“ manarum. Interea uniuersi ab Urbe condita Iu-
“ ris, omniumque antiquitatum recognitio Græ-
“ culis hominibus mandatur. Iam uero ex tam ua-
“ sta sylua cädere materiam, & ex tot finuorum
“ uolum in um plaustris sublegere, quod ad institu-
“ ti operis structuram pertineret, cuius, non iam di-
“ colaboris, sed etiam iudicij res erat? Quid? Ea
“ non solum rerum uerborumque, sed & scriptu-
“ ræ ipsius obscuritas erat, ut uel sola, quæ manda-
“ batur, descriptio plurimum haberet difficultatis.
“ Quid enim? Mandat Iustinianus, ne notis in de-
“ scribendo ullis utantur, ethi ijs scripti ueterū sint
“ libri. Ne (inquit) per scripturam aliqua fiat in
“ posterum dubitatio, iubemus non per siglorum
“ captio-

captiones & compendiosa ænigmata, quæ mul-
tas per se & suū uitium antinomias induxerunt, “
textum cōscribi, &c. Sigla uocat sigilla, hoc est, “
parua signa: quæ etiam Græcè appellat σημεῖα. No-
tas dicunt Latini. Notis autem usos ueteres es-
se, nemo ignorat. Valerius Probus: Publicæ (in-
quit) notæ in legibus publicis, Pontificum mo-
numentis, Jurisque Ciuilis libris etiamnum ma-
nent. Addit autem, notas fuisse, cum primis lite-
ris notarentur uerba & nomina. Meminerunt &
in Pandectis Iurisconsulti, eorum qui notis scri-
bunt acta Præsidum: Ex quib. cau. maio. 33. per-
mittuntque militibus testamentum suum notis
dictare, ut ualeat, et si literis postea perscriptum
non sit: De test. mil. 40. Sed alioqui in testamen-
tis notas non ferunt: neque putant notis scri-
ptas tabulas contineri edicto de bonorum po-
ssessionibus secundum tabulas, quia notæ nō sunt li-
teræ. De bon. pos. 6. Si in testamentis locum habe-
re non debent, multo profectò minus in publi-
cis Legum tabulis. Olim Augustus libros Sibyl-
linos iussit describi Sacerdotum manu, & obscu-
ris notis, ut soli eos Sacerdotes legere possent.
Rectius noster Iustinianus, qui suo Iuri, quod ab
omnibus legi oportuit, exscribēdo, librarios po-
tius adhibuit, quām notarios: neque solum no-
uas confingi, sed ne ueteres quidem retineri no-
tas uoluit: imò uero omnia integris literis planè
& apertè describi. Præclarum profectò & utile
fuit hoc mandatum, sed difficile: quod ueterum
notarum interpretatio difficilima esset, in hisce
præsertim libris. Itaque Tribonianum (Tribon-
ianum cum dico, eius quoque collegas intelli-

go) falli hic potuisse, presertim properantē, quis dubitat? Lapsum aliquando esse in loco tam lubrico, quis mirabitur? Labi fallique tribus hic modis poterat, uel cum notas non recte explicaret (sicuti ambigua plerunque est earum significatio) uel cum literas pro notis, uel ediuerso cū notis pro literis temerē acciperet: hoc est, notas non esse notas, uel non notas esse tamen notas putaret. Sæpe enim librarij literas notis, & notas literis temerē immiscebant; ut non potuerit non maxima lectoris esse captio. Scitum est autē, quod hoc tempore interpretes quidam acuti & ingeniosi ceperunt talium errorum uestigia in Pandectis notare: de quibus suo loco uiderimus.

Iustinianus ait, se se abs notis abhorrere, quod ex earum uaria interpretatione multæ antinomiae nascerentur. Antinomias uero omnes tolli seuerē præcipit: diligenterque mandat, ne quas in hosce libros Pandectarum iij referant, quibus horum librorum compositio mandata est. Præclarum rursus est hoc mandatum, in primisq; necessariū erat. Sed difficilima fuit ea cautio in tanta immensi operis mole, ueterum Prudētum diffensione tanta: tanta denique pugnantium opinionum uarietate, quibus referti erāt illi, ex quibus Pandectæ descriebantur, libri. Vix enim eorum ulla erat pagina, quæ non aliquod iuris controuersi caput haberet. Cicero pro Cecinna, loquens de iure uario (sic enim appellat) significat, iam suo tempore rem eō redactā fuisse, ut quod unius iuris consulto placeret, alteri nō placeret. Idē pro Mure. Si id (inquit) quod oportet, responderis, idem uideare respōdisse quod Seruius: si aliter,

aliter, etiam controuersum ius nosse & tractare
uideare. Sed & Quintilianus scribit, Consultis
fuisse cōcessum, diuersas inter se se opinions tue-
ri. Quid dicam, sectas quoque fuisse, & familias
Iuris peritorum, aperte pugnantium, hinc Sabi-
nianorum, illinc Proculianorum? Ex talium ta-
men dissensionum commentarijs uult Iustinia-
nus describi consentientes Pandectas. Magnope
re certè fuit optandum, ut idoneus aliquis siue
iudex siue arbiter interueniret, qui doctissimorū
hominum lites & contentiones finiret. Sed cum
Tribonianus has sibi partes sumit, uereor, ne
multis in métem ueniat ridiculum illud netus,
quod de L. Gellio commemorat Cicero in libris
de Legib. Cùm iussi essent Prætores ex edictis
suis perpetuis ius dicere, & successores plerūque
uterentur tralaticijs: facile potuit suum Julianus
Edictum perpetuum consentiensque colligere.
Sed cum Iurisconsultorum perpetua magis esset
dissensio quædam, quam consensio: difficile pro-
fectò fuit, unum ex ijs corpus colligere, quod in-
ter se conueniret. Nam & difficilimum erat diju-
dicare, cuius esset uerior iustiorque sententia. Et
Tribonianū dubitamus hic errare, uel miramur
falli potuisse? Iam uerò non ab uno aliquo hi li-
bri colligebantur, sed abs pluribus partes consue-
bantur: ut quod unus assueret, alter sæpe non a-
nimaduerteret. Quid Iustiniano temere persua-
sum fuerit, nihil moror. Quid habeat res ipsa, cō-
sidero. Scio multas esse rationes conciliādarum
œvī Iurisprudētō, neque ullas negligere uelim. Sed aien-
tia & negantia non pugnare, quis tam impudēs
est, ut dicat? quis tam fatuus, ut credat? Saltem

cum,

cum unus ab alio dissentire se palam profitetur: & cū Iustinianus ipse fatetur, unius sententiā placere, alterius nō placere, consentientes opiniones esse nemo dixerit, nisi si cuius nō iam dico ferreū os, sed frōs nulla sit. Nimis pfectō petulās ille fuit, qui nuper dixit, libros Digestorū esse Pandētās τῶς ἀντίφασις. Sed hominis est pudentis & in genui, ubi antinomia occurret, cuius nulla sit probabilis conciliatio, ἀντίφασις esse, ut est, uerecundē confiteri. Stulti & propē insani, nihil proficiendo torquere se uelle, ut illa quē est, esse non uideatur. Huius generis plura, quām uellem, occurrit in hisce libris. Vbi occurrit, agam in genuē. Reliqua mādata Iustiniani nunc audiamus.

„ Si quæ (inquit) leges in ueteribus libris positæ iam in desuetudinem abierunt, nullo modo „ uobis easdem ponere permittimus: cum hæc tan „ tummodo obtainere uolumus, quæ uel iudicio- „ rum frequentissimus ordo exercuit, uel longa „ consuetudo huius almæ urbis comprobauit, &c.

Hic pfectō Iustinianus maximam ueterum legum partem expungit: multisq; obeliscis opus habuit Tribonianus, ut quæ in libris ueterum Prudentum occurrerent obsoleta, iugularet atq; confoderet: uel multis potius securibus, ut resecaret. Vix ullam antiqui Iuris paginam legebat, cui sēpius hanc ascribere notam non debet, SED HOC IVRE NON VTIMVR. Quantulum enim illud reliquum erat, quod ex Romano iure referri poterat ad mores & forum Iustiniani? quod ex ueteri Roma ad nouam transferri? quod ex Romano foro ad palatium Constantinopolitanum? Mutata erat ipsius quoque Imperij

perij non solum sedes, sed etiam forma & facies.
Alia erat religio, alia iurisdictio, alij mores: alia
denique planè Respublica.

Certè non multas antiquitatum Romanarum
reliquias continerent hi libri, si in eos nihil rela-
tum fuisset, quām quod ætas Iustiniani adhuc in
usu habebat. Evidem non molestè fero, hac in
parte Iustiniano minus obtemperatum esse. sed
necessè est, ne quis fallatur, multis locis addere
notam iuris antiqui: quod ne Iustiniani quidem
temporibus receptum erat, aut usitatum, tamet-
si in Pandectis extet. Quid dicam, ex Romana
superstitione quædam esse relicta, quæ abs reli-
gione Christiana planè abhorrent? Hæc certè fa-
cti magis quām iuris sunt: neque alio haberlo
debent. Hæc suis auctoribus primis rectè ascri-
buntur: abs Iustiniano non possunt confirmari.
Si qui hæc non discernant, necessè est ut ius cum
iniuria, & iniuriam cum iure permisceant. Certè
non solum, quid Iustinianus mandarit ut fieret,
hic considerandum est: sed etiam quid fecerint
ij, quibus id mandabatur.

Proximū est mandatū nouæ (ut ita loquar)
interpolationis, ut quæcumque describunt, ad
sui temporis mores & recepti iuris usum accom-
modent, & eo nomine mutent & transforment
ueterum scripta: ijsque addant, admant, detra-
hant, quod uolent: ut iam non tam Vlpianus ali-
quis, quām Iustinianus ipse loqui uideatur. Iu-
lianu in componēdo Edicto perpetuo, uerbum
aliquando unum mutauerat. Vlpianus, Cōmod.
1. Notandum est, inquit, quòd qui edictum con-
cepit, commodati fecit mentionem: cum Pacu-
uius

uius utendi mentionē fecisset. Fuit & aliquando quippiam detractū. Olim edicebatur, q vod vi METVS VE CAVSA, &c. Postea detracta est ius mentio, edictumque est conceptum, q vod METVS CAVSA: ut idē Vlpianus notat, Quod met. cau. Meminit & Marcellus nouæ cuiusdā clausulæ, & capit is quod in Edicto introductum à Iuliano est, De coniung. cum emanc. 3. Cæterum consarcinatores Pandectarum longè audacius interpolarunt quod describebāt, ut ad id quod uolebant, inflechterent atque detorquerent. Et uero hoc erat plerunque necesse, ut ius ederent, quo Resp. tunc uti commode posset. Verum illud omnia inturbat, quod nullam adjiciat notam, qua discernamus, quid eorum sit, quid abs ueteribus acceptum: imo uero quod Iustinianus mandarit præfigi ueterum inscriptionem, perinde atque si nihil immutatum esset. Hic equidem uereor ne nasutus aliquis exclamat:

Humano capiti ceruicem pictor equinam

Iungere si uelit, &c. — Caput est Vlpiani, aut Pauli: reliquum tamen corpus Tribonianii, aut Iustiniani: aut ita ex multis commixtum, ut cuius tandem sit, uix intelligatur: eius tamen non esse, cuius nomen præ se fert, planè nō posse. Accedit & illud incommodum, quod Tribonianus huic & superiori mandato partim paruerit, partim non paruerit: & quod mandauerat Iustinianus, partim fecerit, partim non fecerit: lectorē que hæc uarietas tanto magis incertum relinquit. Si nihil immutasset, uel omnia quæ Iustinianus iusserat immutasset: minus hæreremus. Nunc laborandū nobis est, ut discernamus quid integrum,

integrum, quid deminutū: quid uetus, quid nouum & assutum sit: & sēpe in eodē capite, quod Vlpiani esse dicitur, cogimur notare, HOC VLPPIA NI NON EST, SED TRIBONIANI, AVT IUSTI NIANI. Hæc qui non obseruant, necesse est in luto semper h̄eant, & inextricabilib. tricis sese inuoluant. Certè conditionem eius uoluminis, in quo uersantur, minimè cognoscunt: tantum abest, ut ex eo commodè se explicare aliquando possint.

Postremò mandauit Iustinianus, libros Digestorum ita componi atque digeri, ut ordinē Edicti perpetui imitarentur. Fuit itaque illud (ut antea dixi) Edictum, ueluti archetypum Pandectarum. Hermogenianus, cum suos Iuris *πατρούς* libros componeret, se quoque secutum esse ordinem edicti perpetui profitetur: adiecissem tamē interea & applicuisse cōplures titulos necessarios. De sta. ho. 2. Nam cum Ius ad personas, res, & actiones pertineret: & edictum perpetuum de actionib. tantum ageret, uisum est, & de personis & de rebus capita adiicienda esse. Hoc quoque secutus est exemplum Iustinianus: neque solū Edicti interpretationem ascribi, sed & quæ ad eum tanquam communem locum referri poterat, fuis exponi uoluit. Primam Edicti partem fuisse inscriptam, TA PPΩTA: secundam, DE IVDI CIIIS: tertiam, DE REBUS, scribit. Easdēm inscriptions suarum Pandectarū partibus attribuit. Sed quod in Edicto breuiter & paucis perstringebatur, copiose tractari uoluit: breuius tamen, quam ipsius Edicti interpretes Vlpianus atque Paulus fecerant. Primæ partis Edicti titulus pri-

mus fuisse uidetur, DE IVRISDICTIONE. Iustinianus, priusquam is in Pádectis proponeretur, uoluit necessaria quædam ueluti προλεγόμενα pre scribi, ex alijs ueterum Prudentum libris repetita: & cum ad eum uentum est, non pluribus propè titulis, quam ueteres interpretes Paulus atq; Vlpianus libris, eam rem exponi. Ait, Edictum perpetuum fuisse βιβλίον. imò uero βιβλίτατος, sed interpretum commentarijs tam fuisse auctū, ut propè esset infinitum. Certè Vlpianus ad Edi ctū scripsérat libros octoginta tres: Paulus, octoginta. Nō erant fortassis plura Edicti capita, plures ue tituli. Erat itaque Edictum breue, si cum illorum interpretum commentarijs cōferretur. Sed alioqui multæ eius erāt partes, & capita (ut dixi) multa. Caius solet caput & titulum etiam notare, cum ad Edictum hoc urbanum scribe ret. Extantque hæ adhuc in Pandectis inscriptio nes: Caius ad Edictum Prætoris urbani, Tit. Qui neque sequantur, neque ducantur: De uerb. signi. 48. Titulo, De aquæ pluuiæ arcendæ: De acq. plu. 3. Tit. De publicanis: De Publ. 5. Tit. De reiudicata. Rer. amo. 2.

Ordinem Edicti nō esse perpetuò secutos Pandectarum architectos, Iustinianus ipse fatetur: & cur aliquando ab eo discesserint, exponit, simul que rationem reddit totius cōpositionis horum Digestorum. Non est certè quod in ijs requiram subtilem aliquam Iuris artem, quam olim (ut dixi) Crassus aut Cicero meditabatur. Non erant Græculi tam ingeniosi artifices. Crassius itaque agunt, & rudius. Et uero cum Cicero scri bat, satis esse ad artem iuris, genus ipsum tractare, caputque

caputque notare: sed Iuris consultos ignoratione docendi, saepe quod positum erat in una cognitione, id in infinita dispertiri. Tribonianus partitio plus etiam ignoracionis, artis multo minus habere uideri posset, cum pro arte Iuris ediderit tumultuarium *enology*, in quam infinitas species undique collectas, temereque coniectas inclusa- rat, cum Edictum perpetuum superare uelleret, quo quidem genus modo ipsum tractabatur, caputque notabatur: uisa tamen est Iustiniano ualde artificiosa Tribonianus epitome, & singulari breuitatis laude digna, quod ex duob. librorum millibus, qui trecentas myriadas uersuum, siue (ut etiam uocat) *tῶν γραμμῶν*, contraxerit libros quinquaginta, qui nō nisi quinquaginta millia uersuum, siue quindecim myriadas *τῶν γραμμῶν* cōtinerent. Sed quām bene hoc factum est, etiam uidēdum erat.

Mandata quæ dixi, de conceptione Digestorum, edidit Iustinianus 18 Cal. Ianuar. Lampadio & Oreste Cols. Quantum igitur sibi temporis ad tantum opus perficiendum iij sibi sumperunt, quibus id mandatum est? Certè si olim Decemviri annum integrum in decem Tabulis cōponendis, & alterum in duabus adjiciendis consumserunt: meritò annos uiginti sibi dari pētissent nostri xvi uiri, colligendarum digerendarumque Pandectarum. Atque utinam id fecissent, ut tanto diligentius, quod agebant, egissent: quodque tanti operis expolitio etiam postulabat, contulissent. Atqui ne triennium quidem impenderunt. Certè Iustinianus hic fatetur, tribus annis tria iuris Romani uolumina, nempe Codicem cōstitutionum, Digesta, & In-

stitutiones, composita fuisse: cum tamen neto-
to quidem decennio perfici posse putarentur.
Codex ille iam editus erat, priusquam Pandectæ
essent inchoatæ. Editus enim est, Decio Consule,
7. Indiæt. Anno sequenti Consules fuerunt
Lampadius & Orestes. Non multo ante eius an-
ni finem, primum mandauit Iustinianus, ut Pan-
dectæ colligerentur. Cumque eas sele & relegis-
se postea, & recognouisse dicat, certè aliquo etiā
ad id tempore opus habuit. Editæ autem confir-
matæque sunt 17. Cal. Januar. Iustiniano tertio
Cos. & ualere iubentur ex 3. Cal. Januar. Institu-
tiones editæ confirmatæque sunt eodem anno:
sed paulo antè, hoc est, undecimo Calendas De-
cemb. nec tamen ualere iubentur, nisi ex quo
die Pandectæ ualerent. Iustinianus tertium
hunc suum Consulatum scribit fuisse duodeci-
mæ indictionis, ut septimæ fuerat Decij Con-
sulatus. Decium secuti anno proximo sunt,
Lampadius & Orestes. Tres ergo anni super-
funt ante tertium Iustiniani Consulatum, qui
dicantur, POST CONSULATVM LAMPADII ET
ORESTIS.

Haloandri Chronologia non nisi duos nume-
rat. Sed unum illi deesse, iam ab alijs etiam anno
tatum est. Quod igitur dixit Iustinianus, tribus
annis fuisse cōposita Digesta, Codicem & Institu-
tiones: de tribus annis non cōtinuis, sed utilib. ac
cipio. Sed res tamen ipsa satis ostendit, neq; tépo-
ris satis eum sibi sum p̄fisse ad relegenda & re-
goscenda talia uolumina: neque qui hæc col-
legerant, satis ad ea uel componenda uel concin-
nanda. Nimium certè & hi in describendo pro-
pera-

p̄erarunt, & ille in confirmando. Maior res erat, quam ut tumultuaria & præcipiti festinatione effundi deberet, præsertim cum Ius perpetuum posteritati relinquendum esset. Nunc tale est relatum, ut non tam leges, quam crues, quibus tota uita torqueatur, relicta esse, illa conqueratur. De hominibus stultis, qui nihil sentiunt, non loquor. Nulla illi de re dubitant, nulla diffūctitate tenentur. Loquor de ijs qui sapiunt, & quid agatur dicatur ue intelligunt. Certè tanto est Iuris Civilis studiosorum etiam miserior conditio, quod ueteres Prudentum libri nunc intercederint, & ænigmata sine interprete relicta esse tunc deatur: aut uero si qui fuerint interpretes, Daui potius fuerint quam Oedipi. Sed bene tamen habet. Quicquid hoc tépore opis & subsidijs conserre homines eruditati atque ingeniosi potuerūt, liberaliter cōtulerunt. An hoc Iustinianus non patitur? Sanè conqueritur, Edictum perpetuum multis interpretum commentarijs fuisse olim cōturbatū: proptereaq; uerat suas Pandectas Commentariorum accessionibus onerari. Bono amalo iure uetustos illius Edicti interpretes accuset, si de Paulo aut Vlpiano loquitur, non est difficile iudicare. Quales eorum ad Edictum fuerint Commentarij, quam necessarij, quam ualde utilles, quam minimè alioqui uerbosi: ex ijs, quæ perfunt, reliquijs facile estimare possumus. Sed ut Edictum illud, talium interpretum labore feliciter illustratum fuisse puto: sic profectò agnoscō, Pandectas infelicium Commentariorum tembris, quas barbara tempora offuderunt, fuisse permixtas: ut si illius exemplo deterreri Iustinianus

nus minimè debuerit, at certè audaciam barbaræ posteritatis meritò reformidarit. Quid igitur? An nunc molestè feret tenebras depelli, & tanquam maculas detergi? Cum que tam multos alioqui in suis libris locos reliquerit obscuros, & propè cæcos, lectores licet accedant minimè obtusi: nullum illis tamen lumen præferri patitur? Credo equidem suis illum Legibus, & earum dignitati, fauere magis. Ait, sese probare PARATI-
TLA. At multis præterea notis necessarijs illustrari hi libri hoc tempore debent. Quid enim, si res sit, quæ sine interprete uix possit intelligi? Quid si librariorum médis medendum sit? Quid si ipsius Tribonianii aliqua etiam culpa notanda sit? Quid denique, si in ipso quoque auctore, hoc est, eo qui laudatur Iurisconsulto quipiam desideretur? Verecundè quidé, sed uerè tamen & ingenuè sententiam dicere suam interpres debet.

FRAN.

N O T A E.
FRAN. BALDVINI IV-
RISCONS. N O T A E

Ad Tit. 1. De iusticia & iure.

C A P. I.

Rincipiò quod h̄ic ait Vlpianus,
Ius à iusticia appellari, absurdum
& præposterū uideri posset, si uer-
bi huius origo & etymologia tra-
deretur. Nam Iusticia potius à Iure
dici uidetur. Sed Vlpianus significat, ius demum
dici, quod est iustum, & coniunctum cum iusti-
cia. Nam quod in armis esse dicitur, uis potius ap-
pellari debet. Certè ius iniustum ab Ouidio ap-
pellatur. Deinde ipsa Iurisprudentia ex Iusticia
descendit, & ex eius præceptis & exemplis col-
lecta est: sicuti & Vlpianus ex Celso Ius etiam h̄ic
definit, esse artem æqui & boni. Paulus alibi lau-
dat Celsum adolescentem, qui, cum esset quæstio
de æquo & bono, dixerit, plerunque sub auctori-
tate Iuris scientiæ perniciose errari. inf. De uerb.
oblig. 91. §. 2. Ergo Iuris prudentia, cum Iuris sci-
entia, ut hac rectè utatur, æquitatis rationem cō-
iungit, & illam efficit artem, quæ nō erret in suo
cuique tribuendo. Sanè Cicero Seruum Sulpi-
tium laudat, quod non magis Iuris esset consul-
tus, quam iusticiæ: id est, æquitatis.

Porrò quod Vlpianus ait, esse Ius naturale,
quod ipsis etiam brutis animalibus commune
sit, & illius peritiam in his quandam agnoscat:
insolens est (Ius enim naturæ alioqui cum dici-
mus, naturam humanam intelligere solemus)

C c 3 absur-

absurdūq; uideri posset. Imò uero ipse Vlpianus
alio loco fatetur, animalia non dici facere iniuriam,
quia sensu careant: inf. Si quadrup. paup.
fec. i. Ius ergo ab iniuria nō discernunt. Sed quia
instinctu naturali multa faciunt. quæ solent ho-
mines iusta certaque ratione facere: iuris natura-
lis ea hic esse dicuntur.

C A P. II.

Erga Dcūm religio.) Ipsa etiam omnium Gentium uetus idololatria testis esse potest, aliquod religionis semen omnium hominum animis insitum relictumque esse: sed eadem indicat, plus in eo esse erroris, quam iuris. Tantum abest, ut religio uera aestimanda sit ex profanorum hominum iudicijs. Itaque religiose fecisset Iustinianus, si huius generis notam aliquā hic ascripisset, ut non in iure Gentium haerendum esse intellegamus, cū de religione queratur, sed ad legem Diuinam esse assurgendum.

C A P. III.

Vt uim atque iniuriam propulsimus.) Est hoc quoque brutis animalib. innatum, non minus quam procreare sibi & educare. Sed in hominibus, qui rationem adhibent, iuris nomen magis meretur. Sequantur sanè bruta naturales suos instinctus, atque etiam impetus. Nam etsi non solum iniuriam propulsent, sed & lacessita inferant, & irritata noceant, iniuste facere nō dicuntur. At in hominibus modum requirimus, ut iniuriæ propulsatione simplici contenti sint. Sic Iurisgentiū esse dicitur, uim ui repellere. inf. De eo quod met. cau. 12. Ad leg. Aquil. 4. 5 & 45. Cicero pro Milone eleganter hunc locum tractat. Duas eius

senten-

sententias, quæ omnino sunt huius loci, solum commemorabo. Hoc (inquit) & ratio doctis, & necessitas barbaris, & mos gentibus, & feris natura ipsa præscripsit, ut omnē semper uim, qua-cunque ope possent, à corpore, à capite, à uita sua propulsarent. Item: Est hæc non scripta, sed nata lex: quam nō didicimus, accepimus, legimus: uerū ex natura ipsa arripiuimus, hausimus, expressimus: ad quam non docti, sed facti: non insti tuti, sed imbuti sumus; ut si uita nostra in aliquas infidias, si in uim, in tela aut latronum aut inimicorum incidisset, omnis honesta ratio esset expediendæ salutis.

C A P. V.

Commercium.) hoc est, rerum permutatio, in qua quidē utrinque merx esse dicitur: & ex qua descendere etiam traditur emptio & ueditio.inf. de cōtrah. empt. i. Discrimen tamē obseruandū est: quod Permutatio non sit una aliqua certa & specialis Iurisgentium conuentio, quæ propriū nomen habeat: & propterea nullam pariat obligationem, si nuda solaque sit. Aliarum uero Iurisgentium conuentionum alia uis & ratio est. inf. De pact. 7.

Obligationes.) hoc est, contractus. Sic enim Iustinianus exponit hunc locum, libro primo Institut. Ac propriè quidem contractus appellatur, ex quo obligatio ultro citroque nascitur: talesq; etiam magis esse solent & contractus & obligationes Iurisgentium. Verū possumus etiam generaliter contractum intelligere, ubi altera tantum pars alteri obligatur. Nam & omnem obligationem pro contractu haberi, Paulus ait, inf.

De iudic. 20. Ut autem obligationes hic dicuntur esse Iuris gentium, sic & earum dissolutiones, hoc est, liberationes esse dicentur: & per consequens, ipsae quoque acceptationes: quamuis haec stipulatione, quae Iuris Civilis est, constent.

Exceptis quibusdam, quae à Iure Civili introductæ sunt.) hoc est, quae Iure Civili confirmatae sunt, nec satius alioqui essent firmæ. Sic itaque obligationes aliæ Iuris gentium, aliæ legitimæ esse dicuntur. Legitimæ autem, quae lege confirmantur. inf. De pact. 5. & 6. Sanè & uerborum obligationes, quae ex stipulationibus descendunt, legitimæ sunt, & à Iure Civili introductæ: Vlpianusq; ait, ex promissione donandi descendere obligationem ciuilem. inf. De donatio. inter vir. & ux. 32. Curita? Ius gentium ex nuda etiam conuentione obligationem introducebat. Ius Romanum de contractibus tantum nominatis id dici, ratumque esse uoluit. Sed stipulationem introduxit, qua obligari possent promittentes. Quam uale autem intersit, utrum naturalis tantum, an ciuilis sit obligatio, alibi dicendum est.

C A P. X I.

Ius dicitur locus, in quo ius redditur.) Hæc significatio repetitur inf. De interrogat. 4. 5. 1. & est diligenter notanda, quo magis intelligamus, quid sit In ius uocare aut ducere, in iure postulare, interrogari, confiteri, cedere, & infinita huius generis, quæ pòst sàpe occurrent. Interdum expressim & coniunctim dicitur, In iure apud Prætorem, uel, apud eum qui iurisdictioni præest. Prætor in Comitio (quæ pars erat fori Romani) sedes pro tribunali, Ius dicere solebat: ut iudices ab eo dati, stantes

stantes in eodem foro iudicabant. Sed ubi Magistratus sedebat, Ius propriè dicebatur. Vbi uero hababant, magis appellatur Iudicium. Multum autem interfuisse constat. Sanè & cū in XII Tabelis in iure manum conserere dicebatur, intelligebatur, apud eum qui iuri dicundo præferat, etiam si in agro, antequam ius diceretur, consilio illa fieret. Lactantius ex ueteri quadam historia Ennij quippiā allegat, quod huius quoque loci est: Iupiter in monte Olympo maximam uitæ partem colebat. Eò ad eum in ius ueniebant, si quæ res in controvērsia erant. Reliqua, quæ uulgaria sunt, omitto.

*Ad Tit. II. De origine iuris, & omnium
Magistratum, & successione
Prudentium.*

C A P. II.

Nobilissimi huius capituli tres principes partes sunt, quas & ipsius Tituli inscriptio indicat. Sed est in hac historica Póponij nostri epitome aliquid abrogatis, & neglectim quædam recitantur, ut multa etiam diligenter. De origine Iuris dicturus, primùm nominat Regum Romanorum leges. Liuius lib. 34. laudat ueterem quandam legem Regiam, simul cum ipsa urbe natam. Sed earentum fuit de ipsius Romuli regno, siue imperio. Quas uero ipse leges tulerit, ex commentario de ijs nostro intelligi potest: ut & Numa leges, ex Dionysio Halicarn. Plutarcho & Festo repeti possunt. Pomponius hic ait, Regias leges fuisse collectas à Sexto Papirio, quē paulopost Publius

Cc 5 uocat:

uocat: inconstanter. Dionysius Halicarn. neque Sextium, neque Publum, sed modò Caium, mo dò Mamium appellat. Scribit autem, cum Numæ leges, Regibus exactis rursus edidisse, cum sacris eslet præfектus. Hunc Pomponius notat uixisse temporibus Tarquinij Superbi: ut eum dissernat ab altero Sex. Papirio, cuius postea meminit inter Mutij auditores: & abs Papirio Iusto, qui Diuorum Fratrum constitutiones collegit. Sed quod obiter addit, Superbum fuisse Demarati filium: uellem potius dixisset. Pronepoté. id enim uerius est. Ius ciuile Papirianum etiam prædicat. Certè Paulus inf. De uerb. sign. 144. allegat Granij Flacci librū de Iure Papiriano. Et Macrobius lib. 13. cap. 11. ex Iure Papiriano quippam etiam refert.

Sequitur apud Póponium, Regibus exactis le ge Tribunitia omnes eorum leges exoleuissse. Legem illam intelligit, quam Brutus, qui tum Tribunus Celerum erat, tulit de Regio imperio ab rogando, & Consulari instituendo, ac ueluti surrogando. Legem Tribunitiam primam Festus appellat. Quod autem significat Pomponius, omnes Regum leges tunc esse sublatas: de ijs demù intelligi debet, quæ ad Regium Imperium pertinebant. Certè Romuli, Numæ, & Seruij leges, quæ Reip. utiles erant, nō modò sublatas, sed potius restitutas tunc fuisse, Dionysius ostendit. Sed quid est quod Pomponius deinde ait, populum incerto iure iactatū esse annis propè xx. Suspectus est, & fortasse uitiosus hic annorum numerus. Incerto profecto iure iactatus est Populus, à Regibus exactis usque ad xii. Tabulas Interfundi

ter sunt autem anni saltem LX. Ac uidendum est, ne errore librariorū x pro LX temerē scriptū sit.

Quod ait, per x viros petitas esse leges à Græcis ciuitatibus potuisset rectius dicere, per IIII viros petitas eas esse, & deinde per x viros compositas, & Romę editas. De XII Tabulis extat nostrī, satis, ut opinor, copiosi Commentarij.

Ait Pomponius: HIS LEGIBVS LATIS COEPIT, VT NATVRALITER EVENIRE SOLET, VT INTERPRETATIO DESIDERARET PRUDENTIVM AVCTORITATEM, NECESSARIAMQ' VR DISPUTATIONEM FORI. Sic in quibusdā libris rectius, quam in Florentino, legitur. Magis tamē placet, quod quidam legere malunt: HIS LEGIBVS LATIS, COEPIT (VT NATVRALITER EVENIRE SOLET, VT INTERPRETATIO DESIDERARET PRUDENTIVM AVCTORITATEM) NECES- SARIA ESSE DISPUTATIO FORI.

Quod ad legis actiones attinet, quarum hic Pomponius meminit: sub latis etiam XII Tabulis per legem Āebutiam, eas quæ Centūuirialium causarum erant, seruatas esse, testis est Gellius, Sanè Vlpianus inf. De præscript. uerb. 14. §. ulti, Legitimam actionem uocare uidetur, quæ uel ex legē XII Tab. uel ex alia lege ueluti Aquilia descēdit. De actionibus & formulis à Prætoribus omni de re propositis, ad quas priuatalis accommodaretur, agit Cicero pro Q. Roscio Com. Sequitur apud Pomponium, LEGE HORTENSIA. Alij legunt, HORATIA. Potest utraq; esse uera lectio. Primum, M. Horatius Consul statim post x viros, legem tulit, ut Plebiscitis Populus uniuersus teneretur. quod Liuius & Dionysius scribūt.

Annia

44 F R. BALDVINI

Annis deinde plusquam c l x, Q. Hortensius Dictator similem iterum legem tulit, quod Gellius & Plinius narrant Addo, fuisse & tertiam, ueluti medium. Nā ante Hortensiū annis circiter quinquaginta, Publilius Philo Dictator eadem de re tulit. An tamen etiam pertulerit, dubito.

Nihil est cur diutius hæreamus in hac prima parte huius capitinis. Secundam uideamus, quæ est de Magistratibus. Et principiò quidem, quod Pomponius de Consulibus narrat, Ciceronis legi breuiter confirmabo & illustrabo: REGIO IMPERIO DVO SVNTO: II Q VE PRAEVEVND, IVDICANDO, CONSULENDO, PRAETORES, IUDICES, CONSULES APPELLANTOR. MILITIAS SVMVM IVS HABENTO. NEMINI PARENTO. Sanè Pomponius, et si summum eos ius habuisse fateatur: indicat tamen, non habuisse merum imperium. Sed meminerimus, id eos saltem habuisse cum nominatim iubebantur, Darent operam, ne quid Respublica detrimeti caperet: ut Salustius significat. Sanè semper habuerunt aliquod imperium, & ideo poterat in uincula duci iubere. quod non solum hic Pomponius tradit, sed apertius etiam Vlpianus inf. De in ius uocan. 2. Et Gellius ex Varrone scribit, non solum Consules, sed & cæteros Magistratus, qui habebant imperium, eam habuisse uocationem, qua & præhensio ipsa continebatur. Abs consulibus autem prouocationem fuisse lege lata, recte Pomponius ait. Valeriam legem intelligit, quam P. Valerius Consul statim post Reges exactos tulit de prouocatione ad populum. Tulit & similem L. Valerius Potitus Consul, paulo post editas XII Tabulas: & ter-

tiò

tiò eandem edidit M. Valerius Corvus Consul.
Sic tres de prouocatione leges Valeriæ fuerunt.

Ait Pomponius, POST DEINDE CVM CENSUS, &c. Sic & Liuius ait Censurę initium fuisse, quod in populo per multos annos incenso, neq; differri census poterat: neque Consulibus, cum tot Populorum bella imminerent, operae erat id negotium dare. Dionysius scribit, Consules hac de re ad Senatum retulisse, docuisseq; necessarium esse in urbe Censum, in qua praelertim, intra annos 17, post Q. Fabium & L. Cornelium Coss. census nullus actus esset. Hoc uero illud est maius tempus, cuius hic meminit Pomponius. Ceterum quod deinde significat, post Censores primūm fuisse creatos Dictatores: praeposterum est. Nam etli inter ueteres scriptores non cōueniat, quo primūm anno iij creati sint: constat tamen, multis ante Censores annis esse creatos. Quod autem ait, re exigente propter bella finitima fuisse creatos: fuit hæc certè prima eorum creandorum causa, nempe rei gerendæ, hoc est belli Latini, ut Liuius scribit. Sed Dionysius indicat, seditionis potius sedandæ causa tūc creatos esse: quæ altera fuit olim causa creandi huius Magistratus. Post etiam ludorum & comitiorum causa sæpe creatus est. Addit Pomponius, abs Dictatoribus non fuisse prouocationem. Quod de ijs demum accipiendum est, qui optima, ut olim, lege dicebantur. Extat ea de lege elegans apud Festum locus: OPTIMA (inquit) LEGE, cum dicebatur in Magistro Populi faciendo, qui uulgò Dictator appellatur, quam plenissimum posset, ius esse significabatur: ut fuit M. Valerij M.F. Volusi nepotis, qui

qui primus magister populi creatus est. Postquam uero prouocatio ab eo Magistratu ad Populum data est, quae antea non erat, desitum est dici ut
 OPTIMA LEGE, utpote imminuto iure priorum
 Magistrorum. Ait Pôponius, ANNO FERE' DE-
 CIMO SEPTIMO POST REGES EXACTOS. In fra-
 gmento Cornelianæ Cicer. scriptum est: Anno
 decimosexto post reges exactos, propter nimiam
 dominationem potentium, leges Sacras ipsi sibi
 constituerunt duos Tribunos crearunt: motem
 illum, trans Anienem, qui hodie Mons Sacer no-
 minatur, in quo armati confederant. æternæ me-
 moriae causa consecravit. Hæc Cicero. Pompo-
 nius non duos, sed tres primū creatos ait. Qui
 dam etiam quinque. Sed uerius est, duos primū
 esse creatos, deinde tres esse adiectos. Tandem ad-
 ditis quinque, Decem fuerunt. Pomponius ait,
 Plebeium fuisse hunc Magistratum. Veteres ta-
 men non omnino putabant Magistratum esse Tri-
 bunum pl. Apud Liuiu libro secundo, Consul cla-
 mitat, Tribunum esse priuatum, sine imperio, si-
 ne magistratu. Plutarchus idem significat: aitq; propterea Tribunum pl. non usum esse purpu-
 ra, lictoribus, sella curuli, ut reliqui magistratus:
 neque creato Dictatore, se abdicasse. Verum &
 Cicero pro Quint. Magistratum appellat Tribu-
 num pl. ei que etiam purpuram tribuere uiderunt:
 pro Client.

Sequitur apud Pôponium, in ædes delata suis
 se Plebiscita. Liuius libro tertio, non de Plebisci-
 tis, sed de Senatuscōsultis id dicit: quæ tamen po-
 ste aquam pro Legibus haberi cœperunt, ad æra-
 riūm fuerunt relata. Meminit deinde Pompo-
 nius

nus Quæstorum, qui pecunię inquirendæ causa
creati, & inde Quæstores appellati sunt: sicuti &
postea à genere quærendi eos initio dictos esse fa-
tetur Vlpianus, inf. De off. quæst. i. His Quæstori
bus ærarijs adiungit Pomponius alios Quæsto-
res, qui capitalibus rebus præerant, & à Populo
constituebantur. Legibus publicis hos abs Popu-
lo præpositos fuisse custodes & uindices, Cice-
ro ait Verr. 5. Quod Pomponius subiicit de x
uiris, pertinet ad historiam xii Tabularum. Sed
asciticium uidetur fragmentum, quod assuitur
de Virginio & Ap. Claudio. Quid enim hoc ad
Magistratum bteuē historiam, qualē hic Pom-
ponius instituit? Itaque Pomponij non esse cre-
do, quod insertum est ab his uerbis, INITIUM PV
ISSE DICITVR, &c. usque, POPVLI QVE CON-
SENSV, &c. Et uero nō satis cohærere cū sequē-
tibus, exemplar Florétinum satis ostendit. Itaq;
totum illud nunc prætereo. Nam & quod perti-
net ad Legem de Vindicijs, de ea dixi in Commé-
tar. ad xii Tab. Ait deinde Pomponius: Tribu-
nos militum Consulari potestate uario numero
constitutos esse. interdum enim uiginti, interdū
plures, interdum pauciores, &c. Locus hic suspe-
ctus est. Quidā pro VIGINTI, legunt SENI. Sanè cū
primum de his Tribunis creandis latum est, lege
cautum erat, ut sex crearentur. Sed sex primū
creati sunt, anno urbis cc cXLIII. Paulopòst octo
fuerunt. Viginti etiam fuisse aliquādo, Liuius si-
gnificat. Sed plurium non meminit. Porrò Pó-
ponius recte hic scribit, occupato Consule crea-
tum tandem fuisse Prætorem Vrbanum, qui Ius
diceret. Prætor olim generaliter appellabatur ip-
fe

se quoque Consul, qui & Iudex: ut ex Ciceronis legibus antea dixi. Sed tandem creatus est, qui propriè & specialiter Prætor appellaretur. Ut autem in urbe Consulis locum quodammodo tenuisse magis intelligamus: Gellius lib. 13. cap. 14. scribit, hunc olim uocatum fuisse Consulis collegam. Et Cicero ad Plancum: Placuit nobis (inquit) ut statim ad Cornutū Præt. urb. literas deferremus, qui, quod Consules aberant, Consulare munus sustinebat, more Maiorum. Sanè anno urbis D C C X accidit, ut P. Ventidius eodem anno & Consul & Prætor esset. Prætorem, qui in urbeius redderet, Vrbanum dictum esse, Pomponius ait. Romanum Cicero interdum uocat: fæpe, populi Romani. Vnde hæ notæ P. R. P. R.

Addit Pomponius, alterum quoq; deinde fuisse creatum, qui Peregrinus appellabatur, quod inter peregrinos ius diceret. Erat is alioqui ciuis, & in urbe: & propterea etiā Liuius uno loco appellat eius prouinciam, Vrbanam, sed peregrina fæpius: & modò inter peregrinos eum ius dixisse, modò inter ciues & peregrinos, ait. Sanè Vrbanam & Peregrinam iurisdictionem aliquando coniunctam fuisse legimus. Liuius libro 24. ait, M. Æmilium prætorem, cuius peregrina fors erat, suam iurisdictionem mandasse collegæ suo Atilio Prætori Urbano. Idem lib. 25. ait, cum Prætores prouincias sortirentur, P. Cornelio Sullæ peregrinam & Vrbanam obuenisse, quæ duorum antea fors fuerat. Idem lib. 36. scribit, M. Junio Prætori iurisdictionem utramque euenisce. Et lib. 37. Posthumium Albinum Vrbanam & inter peregrinos sortitum esse: sed partes decreuisse,

ut Q. Fabius Pictor ius inter peregrinos dice-
ret. Denique lib. 49. Sehatum censuisse, mortuo
C. Decimio Prætore urbano, ut P. Cornelius Præ-
tor peregrinus, fieret etiam Vrbanus. Vlpianus
inf. De dolo. 9. §. 3. allegat Labeonis librum trige-
simum Prætoris peregrini, & eiusdem librū pri-
mum Prætoris Vrbani. inf. De uerb. signif. 9. Val-
de equidem uellem, extarent eius libri de Præto-
re, præsertim peregrino. Nam & ualde interesset,
eius officium conferre cum officio Prætoris Vr-
bani. Cicero Verr. III scribit, L. Pisonem Verris
Prætoris Vrbani collegā sæpe intercessisse, cum
Verres aliter atque edixerat decerneret: multos-
que propterea ad Pisonis sellam solitos conueni-
re, & in eius æquitate atque prudentia fuisse pa-
ratissimum perfugium. Si ille Piso erat Prætor
peregrinus, magna peregrini Prætoris maiestas
erat, qui Vrbano intercedere poterat, & ab ijs
quibus iniuria fieret, appellari. Sed & apud Cæ-
farem lib. 3. De bello ciuili, legimus M. Cælium
Prætorem tribunal suum propterea collocasse
iuxta sellā C. Trebonij Prætoris Vrbani. Quid?
cum Prætoris Vrbani Iurisdictio sola esset, sine ul-
la Imperij meri parte: uidetur tamen Prætoris pe-
regrini non solum iurisdictio inter peregrinos
fuisse, sed & capitalis quæstio de repetundis, que
peregrinorum sociorum causa instituta erat.
Asconius in Orat. Cicer. in toga cand. ait, Caium
Antonium, qui multos in Achaia spoliauerat, ab
ijs eductum in ius ad M. Lucullum Prætorem,
qui ius inter peregrinos dicebat: Lucullumque,
quod Græci postulabant, decreuisse. Quem locū
Manutius eruditè obseruauit: & si Iurisdictio pe-

regrina cum questione repetundarum iuncta sit, ingeniose monuit, Ciceronem, qui de repetundis quæsiuit, debuisse quoque Prætorem esse peregrinum. Hæc uulgè abs Iurisperitis nō obseruantur, & tamen sine ijs disputationes de Iurisdictione & Imperio mero non satis intelliguntur: tantoque magis hæc præmonstro. Sed quid est quod Pomponius ait, post aliquot annos Prætorem peregrinum urbano adiunctum esse? Libro 19 epitomes Liuianæ scriptū est, Duos Prætores primū creatos esse, A. Posthumio & C. Lutatio Coss. Si eorum alter fuit peregrinus, sequitur, inter urbani & peregrini Prætoris primā creationem plusquam 120 annos interfuisse.

Vt persequamur Pomponij uerba: Ait, TRIVM VIRI MONETALES AERIS, ARGENTI, AVRI FLATORES: ET TRIVMVIRI CAPITALES, &c. Ciceron utrosque triuiros cōiungere uidetur, cum de minoribus magistratibus loquers edicit: VINCYLA SONTIVM SERVANTO: CAPITALIA VINDICANTO: AES, ARGENTVM, AVRVM VE PUBLICE SIGNANTO. Idem facetè ad Trebatium Iuriscons. Treuiros (inquit) uites censeo, audio capitales esse: mallem, auro, argento, ære essent. Triumvitorum monetarium fuisse has olim notas A. A. A. F. F. hoc est, Auro, argento, ære, flando feriundo, Bembus etiam annotauit. Triumuiros capitales, Salustius uocare uidetur uindices rerum capitalium: quos ait, Lentulo in carcere gulam laqueo fregisse, sicuti ijs præceptum erat. Sed quādo creati primū fuerunt? Pomponius hoc tacet. Epitome Liuianalib. ii. indicat primū creatos esse, Curio Dentato Consule, aut paulopòst. Potuit

N O T A E.

Potuit is esse annus Vrbis quadringentesimus
sexagesimus quartus.

*Captæ deinde Sardinia, mox Sicilia.) Circa annum
Vrbis D X I X, dicuntur hæ nobilissimæ insulæ ca-
ptæ, & in prouinciarum formam redactæ. Cice-
ro Ver. 1111 scribit, Siciliam fuisse, dictamque esse
prouinciam primam. Fuerūt sanè & aliæ prouin-
cæ liberae, in quas nullus aut Prætor aut magi-
stratus mittebatur cum imperio. Itaque non o-
mnino uerum est, quod hic ait Pomponius, toti-
dem fuisse Prætores, quot prouincias. Nam neq;
omnes prouinciae erant prætoriae. Cæterum qui
Romæ Prætores fuerant, solebant deinde mitti
in prouincias proprætores: quarū propterea nu-
merus cum Prætorum numero conuenisse cre-
ditur. In epistola Cælij ad Ciceronem extat hoc
S. C. Senatui placere, in Ciliciam prouinciam,
inque VIII reliquas prouincias, quas Prætorij
pro Prætore obtinerent, eos qui Prætores fuerūt,
neque in prouincia cum imperio fuerunt, quos
eorum ex S. C. cum imperio in prouincias pro-
prætore mitti oportet, eos sortitò in prouincias
mitti, &c. Atque hinc quidem etiam intelligi
potest, quod Pomponius hic ait, Prætores partim
rebus urbanis, partim prouincialibus præfuisse.
Sequitur:*

*Cornelius Sulla questiones publicas constituit, ueluti de
falso, de parricidio, de sicarijs, de iniurijs, & Prætores qua-
tuor adiecit.) Nobilis est hic locus, & singulari a-
nimaduersione dignus. In libro Florétino illud
DE INIVRIIS expunctum est. Sed cum quatuor
questorum mentio fiat, nō temerè uidetur quar-
ta de iniurijs quæstio adiici. Sanè Paulus inf. De*

Dd 2 procur.

procur. 42. §. 1. ait, actionem iniuriarum pro publica quidem utilitate exerceri, priuatam tamen esse: & ideo in ea ex lege Cornelia procuratorem dari posse. Cicero quoque libro secundo de Invent. priuatam fuisse significat. Suspectus itaque hic locus est, qui eam actionem refert inter publicas quæstiones. Sed & quod de parricidijs nominatim hic dicitur, suspectum est. Cicero pro Sex. Roscio, indicat quæstionē de parricidijs comprehensam esse lege & quæstione de sicarijs, tempore Cornelij Sullæ: ut Cornelia lex & quæstio de sicarijs pertinuisse intelligatur & ad parricidas: neque de his separatim instituta uideatur quæstio diuersa, donec Pompeius & legem de ijs tulerit, & proprium Quæstorem instituerit. Quid igitur? Supereffent duæ tantum quæstiones publicæ ex lege Cornelia, nempe de sicarijs & de falso. Nam & falsi quæstio comprehendebat quæstionē de ueneficio. Atqui Pomponius ait, quatuor à Cornelio Sulla Prætores adiectos esse. Hic aliis nodus est: quem qui ingeniose secant, magis quam dissoluunt, aiunt, ex Prætoribus, qui tunc erant Romæ, quatuor esse his iudicijs adiectos. Nam & is Iudex qui datur, actioni addi siue adiici dicitur. Verum etsi nulli Prætores noui à Sulla instituti essent: tamen non plures Quæstores esse iussit, quam erant eæ quas constituebat, quæstiones publicæ. Deinde reuera auctum fuisse à Sulla numerum Prætorum, sequentia significant. Ait Pomponius, Cæsarem duos addidisse: ita duodecim Prætores esse creatos. Augustum deinde sedecim constituisse. Hic rursus aqua nobis hæret. Liuius libro quadragesimo ait,

ait, legem Bebiam fuisse, ut alternis annis quaterni tantum Prætores crearentur. Si ijs Sulla quatuor addidit, efficeretur octo: sicuti octo fuisse tempore Ciceronis traditū est. Si duos ijs adiecit Cæsar, nō nisi decē essent. Et uero Dio, nō nisi, de cem à Cæsare creatos esse, scribit libro 42. Sed idem libro sequenti ait, sedecim aliquando ab eo creatos fuisse: eum tamen numerum non fuisse retentum. Itaque quod Pomponius ait de xii, suspectum est, & potius scribendum esse quibusdam uidetur x. Eadem mendi, aut erroris suspicione laborat, quod subiicit, Augustum xvi constituisse. Nam Corn. Tacitus non nisi xii numerat. Loquens enim libro primo de Tiberio: Candidatos (inquit) xii Præturæ nominavit, numerum ab Augusto traditum. Deniq; Pomponius adiecto Prætore fideicommissario, & eo qui inter fiscum & priuatos ius diceret, ait, xviii Prætores in Vrbe ius dixisse. Etsi iam de numero nihil contendamus, tamen discernendi erant qui propriè ius dicebant, ab ijs qui quærebant, atque etiam ab eo qui iudicabat. Prætor Vrbanus propriè ius dicebat: nunquam quærebat: iudicabat perrardò. Sed Pomponius generaliter usurpat, Ius dicere, ut & ad quæstiones capitales pertineat. Nam & antea dixit, De capite ius dicere. Prætor fideicommissarius propriè iudicabat & cognoscebat de fideicommissis, saltem minoribus. Nam maiorum fideicommissorum cognitione uidetur fuisse Consulum. Quintilianus libro tertio, cap. 6. Non debes (inquit) apud Prætore petere fideicommissum, sed apud Consules. Major enim Prætoria cognitione summa est. Sed &

Vlpianus in Titulis, cap. 25. ait: Fideicommissa non per formulam petuntur: sed cognitio est, Romæ quidem Consulum aut Prætoris, qui Fideicommissarius uocatur. Quod ait cognitionem fuisse sine formula, significat propriè non fuisse iurisdictionis. Et profectò in libris Iuris Ciuilis cum sæpe fiat mentio Prætoris fideicommissarij, non dicitur tam ius dixisse de fideicommisso, aut actionem iudices ue dedisse: quām, cognouisse & iudicasse. inf. De lega. lib. 2. cap. 29. & Institut. De fideicom. hæred. Quod ad Prætores, Quæstores, uel Quæfitores attinet: eorum propriè nulla iurisdiction erat, sed potius quoddā imperiū merum. Sed & Iudices questionū sæpe Romę fuisse dicūtur, qui nō erāt alioqui Prætores. Postremò absurdū est, quod Pōponius nō solū omnes Consules, Aediles, Prætores, sed & Tribunos iura redidisse ait. Atqui cōstat, Tribunorū pl. nullā planè fuisse iurisdictionē, ac ne uocationē quidē eos habuisse. Certè Tribunos pl. antiquitū nō fuisse creatos iuri dicūdo, nec causis quer elisq; de absentib. noscēdis, sed intercessionib. faciēdis, quib. præsentes fuissent, ut iniuria, q̄ corām fieret, arce retur, scribit Gellius lib. 13. cap. 12. Porrò ad id quod Pōponius ait de Præfecto urbi, qui Latina rum feriarū causa introductus est, & pficiscentib. ad eas magistratib. in Vrbe relinquebatur, pertinet, quod apud Gellium quærerit Mutius, an Præfectus urbi, Latinarum causa relictus, potuerit Senatum habere. Constituendarū aut illarū feriarū causa, quarum sacrū in monte Albano celebrabatur, creati interdum sunt Dictatores. Liuinus significat, anno Vrbis cccix Senatui placuisse, feriarū

rum cōstituendarū causa Dictatorē dici: dictum-
que esse P. Valerī Poplicolā. Et in Tabulis Capi-
tolinis scriptū est, anno urbis ccccxcvi Q. O-
gulnium Gallū fuisse Dict. Latinar. feriar. causa.

Supereft tertius locus huiuscē capitī, qui eft
de Iurisconsultis & eorum ſucceſſione: in qua ta-
men recenſenda Pomponius temporis ordinem
non ſemper ſequitur. Quod attinet ad Appium
Claudium, nescio cur Centemmanum ait uoca-
tum fuisse, ut eft in libro Florentino: in alijs eft
CENTIMALVS, in alijs CENTINIANVS. Ego pu-
to ſcribendum potius eſſe CAECVS. Sic enim à
ueteribus appellatur hic Appius, qui de Pyrrho
non recipiendo in Senatu ſententiam dixit. Hu-
ius etiam fuisse uiam Appiam Pomponius ait, &
aquam Claudiam. huius tamen aquæ uenas Ap-
pij collega in censura Plantius primū inueſti-
gauit: propterea que etiam Venox eſt appellatus.
Fuit Romæ & alia quædam aqua Claudia, quam
Claudius Cæſar induxit. Denique hūc Ap. Clau-
dium ſcripſiſſe de uſurpationib⁹, ait Pompo. Le-
ges XII Tab. de uſu capione agebant. Uſu capio-
nis interruptio appellatur à Iurisconsultis uſur-
pation. inf. De uſurpat. 2. nempe, cum aliis poſsi-
dendo, poſſeſſionem meam interrumpit: nulla
autem eſt uſu capio, ſi qua ſit uſurpatio: hoc eſt, ſi
non ſit cōtinuatio poſſeſſionis. Ergo de uſurpa-
tione ad XII Tabulas, ut opinor, Ap. Claudius,
centum poſt eas annis, ſcripſit. Videturq; hoc pri-
mum fuisse priuatum ſcriptum de Iure Ciuili.

Quod ſubijcit Pomponius, IDEM AP. CLAV-
DIVS, QVI VIDETVR ABS HOC PROCESSIS-
SE, R. LITERAM INVENIT, &c. ſuſpectū eſt. Nam

hunc tertium uidetur Ap. Cladium facere, qui à secundo processerit, & tamen eundem esse ait. Cicero in quadam epistola ad Papirium Pētum, ait L. Papiriū Crassum, primum uocari desitum Papisium. Eumque Dictatorem fuisse annis post Romam conditam cccc xv. Viuebat eo tempore Ap. Claudius, siue is tunc inuenierit literam R, siue eius aliquis filius.

Pomponius ait, post hos fuisse Sempronium Sophum. Certè Ap. Claudius sensit hunc acrem aduersarium, cum ille censor, hic Tribunus p. esset, & de lege Æmilia ageretur. Vide Liuium libro nono. Sophum eum primum postremūque uocatum esse, Pomponius indicat. Sapientem alium deinde appellatum esse, postea docebit. Sane Iustinianus, quos Prudentes dicimus, ~~Sophus~~ Græcè uocat.

Pomponius deinde Scipionem Nasicam, qui Optimus à Senatu appellatus est, commemorat. Mallem eius filium P. Cornelium Scipionē Nasicam, quem ueteres Corculum appellant, laudasset. Nam is dignior fuit, qui in ordinē Iurisconsultorum referatur. Sequitur, DEINDE Q. M^V TIVS, Q. VI AD CARTHAGINENSES MISSVS LE GATVS, &c. Sic scriptū est in libro Florentino. In alijs libris est Q. FABIVS. Nam & hic reuera fuit huius legationis princeps. In qua quidem quatuor habuit collegas. Sed ex his aliquem iam fuisse Q. Mutium Iurisconsultum, ueteres scriptores non tradunt. Sed & quod de duabus tesi seris hic narrat Pomponius, ab alijs historiarum scriptoribus paulò aliter refertur. Certè quod Pomponius Nasicæ postponit hunc siue Q. Fabium,

N O T A E.

57

bium, siue Q. Mutium, præposterum est. Vixdū
natus erat Nasica, cum hęc ad Carthaginenses le-
gatio suscepta est. Est & præposterior, cum post
utrumque fuisse subiicit Tiberium Corunca-
nium. Fuit enim utroque antiquior. Nam Con-
sul fuit cum P. Valerio Leuino annis plusquam
sexaginta, ante illam ad Carthaginenses legatio-
nem. Miror autem, cur non Tiberiū, sed Titum
quidam eum appellant, & propterea scripturam
Pomponij mutet. Scriptum certè est in uetustis
libris TI. CORVNCA NIVS. Ti. autem Tiberium
significare, Plutarchus & Probus scribunt. Hūc
Ti. Coruncanum, ex Pontificum Commenta-
rijs longè plurimū ingenio ualuisse, ait Cicero in
Bruto: & tanta sapientia fuisse, ut ad eum de om-
nibus diuinis atque humanis rebus referretur,
scribit libro tertio de Orat. Pomponius ait, me-
morabilia multa eius respōsa de iure fuisse. Ego
illud commemorare tantum possum, quod Cice-
ro libro tertio de Legib[us] narrat, placuisse P. Scæ-
uolæ & Coruncanio Pontificibus Maximis, eos
qui tantundem cæpissent, quantum omnes hæ-
redes, sacris alligari. Sequitur apud Pōponium
P. Attilius, qui Sapiens appellatus est. Fortassis
rectius scriberetur L. ACILIUS. Sic enim Cice-
ro in Lelio: Scimus (inquit) L. Acilium apud pa-
tres nostros appellatum esse Sapiētem, quia pru-
dens in Iure Ciuali putabatur. Et libro secundo
de Legib[us] interpretes XII Tabularū laudat Sex.
Ælium & L. Aciliū. Meminit & Festus Aciliij in-
terpretis XII Tabularū. Sequitur de Catone, sed
PLVRIMI FILII EIVS. Budęs legit, sed PLVR
MI LIBRI EIVS. Ego nihil muto: quamquam nō-

D d 5 nihil

nihil uideam quod in Pomponij oratione parū cohæreat. Fuit M. Porcius Cato Iurisperitus. Fuit eius filius multo magis: & egregios de Iure Ciuii libros reliquit, ut Gellius scribit.

Quod deinde Pomponius ait, P. Rutilium Rufum fuisse Asię Proconsulem: non satis conuenit cum epitome Liuiana, quae eum fuisse narrat legatum Q. Mutij Proconsulis. Asconius, Q. Mutij Quæstorem fuisse Rutilium, scribit. Iurisconsultum fuisse, ipsæ adhuc Pādectæ testes esse posunt, in quibus laudatur eius sententia, tribus locis. Dearb. cæd. De usu & habit. De penu leg. Sed obseruādum est, posteriorem fuisse alium Iurisconsultum Rutilium Maximum, ex cuius libro singulari ad Legem Falcidiam, descriptum est cap. 125. De lega. i.

Sequitur apud Pomponium, LVCIVS CRASSVS FRATER P. MUTIUS, QVI MUTIANVS DIRECTVS EST. Mallem, LICINIVS CRASSVS. Hic enim est P. Licinius Crassus Diues Mutianus, naturalis frater P. Mutij, qui adoptatus est à Lici-
nio Crasso Diuite: & ideo eius nomina assumpsit, suum uerò gentilicium nō nihil productum retinuit. Hæc enim adoptionis lex fuit, de qua Dio libro 40 & 46. Ait Pomponius, eum appellari Iurisconsultorum disertissimum à Cicerone. Vbi hoc Cicero dixit?

His omnibus cur Pomponius postponat Q. Mutium Scæuolam Pont. Max. nihil est causæ. Sed multo magis miror, præteritum ab eo esse P. Mutium Scæuolam Augurem, cuius domus propter Iurisprudentiam dicebatur Oraculū ciuitatis. Q. Mutium magis amauit Pomponius:

ad cuius etiam libros de Iure Ciuli, quos hic laudit, Cōmentarios scripsit, ex quibus multa sunt reliqua in Pandectis. Inter auditores Q. Mutij refert Sextum quēdam Papirium. Hic uidetur esse Papirus Fronto, cuius etiam libri in Pandectis laudantur. Nō enim esse potuit ille Papirus Iustus, qui constitutiones Diuorum Fratru collegit. Isdem auditoribus annumerat Pomponius Aquilium Gallum, & Balbū Lucilium. Mirum uero, quod utriusq; scripta contēpta æquè fuisse significat. Cicero, Balbum illum in agendo & respondendo considerata tarditate uti solitū esse, scribit. Contrā autem, Aquilij laudat prōptam in agendo & respondendo celeritatem: eumque ait, Iuris Ciuilis rationem nunquam ab æquitate seiunxisse. Extant adhuc in Pandectis uestigia multa Aquilianæ Iurisprudētiæ. Porrò quod Pōponius narrat de Seruij in legatione mortui statua, repetatur ex Ciceronis Philippica nona.

Seruij auditores laudantur in Pandectis inf. De dote p̄æleg. 6. Qui nam iij fuerint, Pōponius hīc ostendit. Inter eos commemorat Cinnā. Eius quoque mentio fit inf. De ritu nupt. 6. De cond. & demonst. 40. Item Namusam, qui diligentiss. fuerit. Vide inf. De condit. & demonst. 40. §. 3. & De aqua plu. 2. §. 6. Horum auditorum, duos ueluti principes laudat, Alphenum Varū & Au. Oflium. Illum in Pādectis modò Alphenum, modò Varum simpliciter appellari, qui nō obseruāt, sententias duorum Iurisconsultorum pugnantes esse finixerunt, quæ unius erant, prima quidē specie dissimiles, sed alioqui cōsentientes reipsa. inf. De rei vindic. 5. §. 3. De damno infect. 9. §. 2. Oflij

Ofilijs libros de Legib. Viceſimæ, laudat Pomponius. Similes fuerunt Æmilij Macri libri τῶν εἰνο-
σῶν, ſiue ad legem Viceſimam hæreditatum, inf.
De transl. 13. De relig. 37. De teſta. 7. Ad leg. Fal. 68.
De uerb. ſignific. 154. Plinius in Panegyr. de hac
Viceſima, quę detrahebatur hæredibus, & fisco
dabatur, multa ſcribit. Iuſtinianus eam ſuo tem-
pore nullam fuiffe ait, l. ult. C. De ed. di. Ad. toll.
Sequitur apud Pomponium, FVIT AVLVS CAS-
CELIVS, Q. MVTIVS VOLVS II AVDITOR. Sice
nim habet liber Florentinus. Alij legendum pu-
tant, Q. MVTII SCAEVOLAE AVDITOR, quod
cōmodius uidetur. Sed fortaffe rectius ita: Q. VIN-
TI MVTII ET VOLCATII AVDITOR. Nā & Pli-
nius lib. 8. cap. 40. laudat Volcatiū, qui Ius Ciui-
le docuerit Casceliū. Certè Volusius Metianus
Iurifcōſultus, qui multis annis posterior eſt, huic
referri non poteſt.

Cum Tuberonem Pomponius hic dicat do-
ctiſſimū fuiffe Iuris publici & priuati: facere non
poſſum quin locum ſingularem ex Ciceronis li-
bris de Iure Ciuali in artem redigēdo, quem Gel-
lius recitat, commemorem. Nec uero (inquit Ci-
cero) ſcientia Iuris maioribus ſuis Q. Ælius Tu-
bero defuit, doctrina etiam ſuperfuit. Mitto alia
in Commētarijs uulgata. Porrò Pomponius ait,
Antiftium Labeonem reliquife quadringenta
uolumina. Sic certè habet liber Florentinus. Sed
alijs libri, Q. VADRAGINTA. Vtra ſit uerior lectio,
dubito. Sanè Index Iuſtiniani, Antiftij Labeo-
nis τεθαρων libros octo, Posteriorum decem tan-
tum laudat. Gellius uero lib. 13. cap. 10. faltem
quadraginta fuiffe libros horum Posteriorum ſi-
gnificat.

gnificat. Laudat enim xxxviii, xxxix, xl. Postiores autem uocatos fuisse ait, quod post eius mortem editi sint. Laudat & eius libros ad Editum, & ex quarto aliquid refert. Potuerunt iij es se complures. Vlpianus allegat Labeonis librum primum Prætoris Urbani. inf. De uerb. signif. 19. Et eiusdem librum trigesimum Prætoris peregrini, inf. De dolo. 9. §.3. Allegat & Pomponius Labeonis libros Epistolarum, inf. De usurp. & usurp. cap. 30. Denique eius Commétarios ad xii T^a bulas laudat Gellius, lib. 1. cap. 12.

Meminit deinde Pomponius Sectarum, quas excitarunt dissensiones Labeonis & Capitonis, cum Labeo multa innouaret. Gellius lib. 13. cap. 12. quippiam recitat, quod hic prætermitti nō debet. In quadam (inquit) epistola Atteij Capitonis scriptum legimus, Labeonem Antistium, legum atque morum Po. Ro. iuris que ciuilis doctrinam apprimè fuisse. Hoc profectò magnum & ingenuum est aduersarij testimonium. Cur igitur ei aduersarius fuit? Certè non tam nouitatis (sicuti Pōponius hic significat) quam antiquitatis nimium studium, Capito in Labeone reprehendisse uidetur. Nam in eadē de eo epistola addiccit: Sed agitabat hominem libertas quedam nimia atque uecors, usq; èd, ut D. Augusto iā principe & Remp. obtinente, ratum tamen pensumque nihil haberet, nisi quod iustum sanctumque esse in Romanis Antiquitatibus legisset.

Pōponius narrat, Capitonis partes secutum esse Mafurium Sabinum, deinde Cassium Lōginū, cui successerit Cælius Sabinus, ut huic Iauolenus, & Iauoleno Julianus. Labeoni uerd, Nerniam,

uam, deinde Proculum, cui Pegasus successerit; ut huic Celsus, & Celso Neratius. Dictosq; hinc esse Proculianos, illinc Cassianos. Scholæ Cassianorum meminit Plinius lib. 5. Epist. Dicebatur & hi Sabiniani: ut & aduersarij, Pegasi. Harū sectarum & dissensionum frequens est in Pandectis mentio: earumque obscura etiam uestigia diligenter notare oportet. Multis enim nos difficultibus ea obseruatio saepe liberabit. Iauolenum Julianus agnoscit, & laudat præceptorem suum, inf. De manu uind. 5. Ipse cum Cassio laudatur inf. De acqui. poss. 1. 6. 3. & 8. Itaq; Cassianū fuisse, uel Sabinianū existimo: nō minus quam magistrum suum Iauolenū, qui ex Cassio libros sex scripsit. Postea tamen has seetas desisse existimo. Non enim posteriores Iurisconsulti uidetur in suorum præceptorum uerba etiam iurasse. Sed mirum est, quod Paulus inf. de aet. rer. amot. 1. in quadam quæstione, hinc Neruam cum Cassio, illinc Sabinum cum Proculo iungit, utramq; ueluti familiam permiscens, & dissentientes alioqui coniungens, consentientesque committens. cùm potius Nerua cum Proculo, & cum Sabino Cassius iungi debeat, soleatque. Atque ita quidē etiam locū illum, qui perturbatus uidetur, restituendum esse, placuit nuper ingenioso cuidam interpreti.

Duo supersunt, quæ ad Pomponium notem. Ait de ueteribus Iurisconsultis, NEQ; VBE RESPONSA VTIQ; VBE SIGNATA DABANT, SED PLERVN QVB IUDICIBVS IPSIS SCRIBEBANT, AVT TEMP STABANTVR, QVI ILLOS CONSULEBANT. Alijs consultoribus non lubenter dabant signata re sponsa:

sponsa:uel quia tantum sibi auctoritatis non sumebant, uel quia auctores temerè illis esse nolebant,cum multa metuerent.Cicero pro Cluent. Errat (inquit) uehementer, si quis in orationibus nostris, quas in iudicijs habuimus, auctoritates nostras consignatas se habere arbitratur.Huc pertinet & illud Senecæ lib.7. de Benef. Quæris tamen quid sentiam, & uis signare responsum. Iudices olim à Prætore dabantur cum formula quidem, sed homines alioqui plerumq; indocti, ut Quintilianus fatetur. Atq; ut docti fuisent, tamen in consilium alios Iurisperitos aduocare solebant, ut intelligi potest ex oratione Ciceronis pro Quint. Consulebant ergo persæpe Iurisconsultos. Hi quid sentirent, libenter rescribebant, & (ut Pomponius ait) testabantur. Testationis uerbo significat, quod coram testibus declaratur, uel etiam scribitur.

Postremum est illud, C E L S V S Q V I D E M E T I T E R V M . Sic rectè nūc legitur, quod in alijs libris mendosum erat. Fuit Celsus bis Cōsul: primū cum Iulio Balbo, iterum cum Neratio Marcello. Quod, et si fasti Cōsulares omnes interiissent, intelligere tamen interpretes potuerāt ex I. ult. C. de seruo Reip. manu. Et, I T E R V M , accipi pro eo quod Græci dicūt Αύτοπον, ipse etiam Vlpianus docet inf. De eden. 6. 6. ulti.

Ad Tit. III. De Legibus.

C A P . I.

Non dubium est, Legis descriptionem, quę hic proponitur, repetitam esse ex Demosthenis aduersus Aristogitonem oratione, cuius etiam

etiam uerba capite sequenti recitantur. Extat & similis descriptio apud Aristotelē lib. i. Rhetic.

Coercitio.) Quidam legunt CORRECTIO. Est enim apud Demosthenem, ἐπανόρθωσις. Et delicta hic dici generaliter uidentur, quæ iustum æquilitatem uiolant, cuius conseruatione esse legem Cicero ait. Hucque pertinet, quod alibi scribit, legem uictare delinquere: hoc enim est, quod discere solemus, neminem ledere, & ius cuiq; suum tribuere.

Communis Reip. sponsio.) Apud Demosthenem est, πόλεως συνθήκην λογισθεῖν. Sicuti & apud Dionysium Halicarn. lib. 10. Romani Cōsules & Patricij aiūt, συνθήκας εἰραι λογισθεῖν πόλεως, τοὺς νόμους. Apud Aristotelem lib. 3. Politic. laudatur Lycophron auctor huius sententiae, οὐ νόμος, συνθήκην, εγγυήσεις αλλαγῆς τῶν δικαιώματων. Idem Aristoteles lib. i. Rhetic. ὅλας (inquit) αὐτὸς οὐ νόμος συνθήκην τις ἐστι. Atq; inde quidem probat, priuatorum quoq; pactorum magnam esse uim & auctoritatē. Sed quod Papinianus hic ait, SPONSIO, plus quiddā est quam συνθήκη, & maioris obligationis causam indicat. Non enim nudam conuentione signifikat, sed stipulatione quadam interueniente contractam. Sic enim uerbo Sponsionis utuntur Iurisconsuli. Constat autem, leges non fuisse perlatas sine rogatione: quæ certè stipulationis quedam species erat. Sed & lex perlata confirmabatur communi ciuium iureiurando. Singuli enim in eam iurabant. Ergo non potuerunt non lege teneri.

C A P. III.

Que ἐπὶ τῷ πλέγμα accidentū, non quae ἐν ωφελούσι.) Quidā legūt cōiunctim, ἐν ωφελούσι ἐπὶ τῷ πλέγμα:

ut

ut intelligamus iura esse constituenda de ijs que ut plurimum ex inopinato accidunt, & propterea magis opus habent legis auxilio. Aristoteles lib. 5. Ethic. simpliciter ait: τὸ ὡς ἐπὶ τῷ πλέον λαμβάνεται νόμος. Si extarēt libri Theophrasti, quos de Legibus scripsérat, rectius iudicare possemus de eo, qui hic recitatur, loco. Alterum Paulus recitat inf. 6. Sed magis explicat inf. Si pars hæred. peta. 3. Meminit & Justinianus Nou. const. 94. ubi & illud Theophrasti ἀναγνώσκεις interpretari uidetur, τὸ αὐτοῖς γνωμονοῦ. Sicuti & in Nou. cōst. 44. uocat τὰ εὐθύνηντα αὐτοῖς.

C A P. VII.

(Imperare, uetare.) Miror esse qui expūgant istud VETARE. Potius expungerem, IMPERARE. Nam magis in uetando, quam in imperando lex ciuilis cōsistit. Vetat, ne quem lædamus. Non etiam imperat, ut aliquem iuuemus. Sed & maior est uis uetantis, quam imperatis, cum illa exceptio ne quadam quasi corrigeret uideatur hanc quæ iubet, ut est apud Ciceronem lib. 2. de Inuent.

C A P. XXIX.

Non est negligenda huius capituli inscriptio, quæ indicat descriptum esse ex Pauli libro singulare ad legē Cinciam. Lex ea fuit de donis & muneribus, proptereaq; à Plauto appellatur Muneris. Lata esse dicitur anno urbis D X L I X, ne quis ob causam orandam donum munus ue caperet. Hic certè facile fuit, in eius legis fraudem aliquid astutè comminisci: nec dubium est, quin oratores ingeniose eam eluderent. Nam & postea nesciisse fuit eadem rursus de re legem Titiam ferri, ne pecuniam donum ue patroni causarum acci-

Ee perent.

perent. Cuius legis Titiæ, non minus quam Cin-
ciæ, meminit Cornelius Tacitus. Rectè itaque
hic Paulus nō minus *τὴν Σικελίαν, quam τὸ πρίνη,*
ut Vlpianus capite sequenti uocat, tuetur. Sanè
Prætor ait, sese non seruaturum pactum contra
leges factum, uel quo fraus eis fieret. inf. De paet.
7.6.3. Ad illud Edictum nō minus commode,
quam ad legem Cinciam, referri posset hic Pauli
locus, sicuti sequens caput Vlpiani ad Edictum
aliquid refertur. Et uero in omnium legum in-
terpretatione in primis tenendum est, quod hic
traditur.

C A P. XXXI.

Est & huius capitinis inscriptio obseruanda.
Non enim temerè est, quod Vlpianus ad legem
Iuliam & Papiam dicat, Principem legibus so-
lutum esse. Alexander Imp. l.3. C. de testam. Lex
Imperij (inquit) solennibus Iuris Imperatorem
solutus. Lex illa Imperij fuisse uidetur, quæ a-
lias Regia dici solet: & edita, saltem renouata, est
in gratiam Augusti. Hic legem Iuliam Papiam,
cuius plurima capita fuerunt, auxit & confirma-
uit. Eidem hoc primum datum est, ut legibus
solutus esset: quod postea alij Imperatores suo
quodam ueluti iure sibi sumperunt, ut elegan-
ter scribit Dio libro quinquagesimo tertio. Non
omnibus tamen omnino legibus Augustus so-
lutes est. In lege Regia de imperio Vespasiani
(cuius legis fragmentum nuper inuentum est)
scriptum esse legimus, uti quibus legibus ple-
bis ue scitis scriptum fuit, ne diuus Aug. tene-
tur, ijs legibus plebisque scitis Imp. Cæsar Ve-
spas. solutes sit. Sanè Cicero lib.3. de Rep. lo-
quens

quens de lege naturæ: Nec uero (inquit) aut per Senatū, aut per populū solui hac lege possumus.

Ad Tit. v. De statu hominum.

C A P. VII.

Inscriptio huius capituli ostendit, quod hic discitur de eo qui est in utero, pertinuisse propriè ad quæstionem de portionibus, quæ liberis damnatorum conceduntur: de qua inf. De bo. damn. 7. Regula tamen generaliter concipitur, sicuti & inf. 26. & De uerb. sign. 231. Pertinetque etiam ad causam hæreditariam, tam ex testamento, quam ab intestato. inf. Si pars hær. pet. 3. De testa. 6. De bon. poss. contra tab. 3. De suis & legit. 3. §. 4. Si tab. testa. nullæ ext. 1. §. 6. Descendit autem ex ipsa etiam lege XII Tab. in qua disertè scriptum fuit, ut posthumi non minus legitimi hæredes essent, quam si uiuo patre nati essent: ut dixi in Comment. ad XII Tab. Quod autem Paulus hic adiicit, eum qui est in utero, non haberi pro nato, ut alteri proficit: uerum est, et si de ipsis patris emolumento quæratur. inf. De excus. 2. Sed & cum quæreretur, an interea augeret hæreditatem: respondit, non augere, quia partus nondum editus, homo non rectè fuisse dicatur. inf. Ad leg. Falcid. 9.

C A P. VIII.

Titum Antoninum solet appellare Papinius, qui alias Diuus Pius dici solet. Sic inf. De adopt. 32. Ad Treb. 12. Vsus autem huius rescripti magis patuit, successore imperatore M. Antonino Philosopho. Capitolinus enim de eo hæc scribit: *Liberales causas ita muniuit, ut primus iuberet*

apud Præfectos ætarij unumquemque natos liberos profiteri intra tricesimum diem nomine imposito. Per prouincias, Tabulariorum publicū usum instituit, apud quos idem de Originibus fieret, quod Romę apud Præfectos ætarij: ut si forte aliquis in prouincia natus causam liberalēm diceret, testationes inde ferret: atque hanc totam legem de assertionibus firmauit. Hæc ille. Quid igitur, si malè cōcepta esset testatio: hoc est, si Tabularius instrumentum malè concepisset? Non obseruit ueritati: sicuti neque librarij errorem nocere constat. inf. De diuer. reg. iur. 92.

C A P. XII.

Paulus, qui auctor est huius capititis, alio loco, hoc est, lib. 4. Sentent. Tit. 8. non tam Hippocratem, quam Pythagoræi numeri rationem secutus, significat hunc septimum mensem compleatum esse debere. At Hippocrates, quem hic laudat, & sequi uidetur, non ita sensisse uidetur, ut apparet ex eius lib. περὶ ἑπταυ. Quid igitur? Quod hic est, SEPTIMO MENSE, apud Vlpianum est magis explicatè, CENTESIMO OCTOGESIMO SECUNDO DIE. inf. De suis & leg. 3. §. ult. ut tantum hic intelligamus sex menses completos, & duos præterea dies, hoc est, septimum mensem inchoatum: quæ Hippocratis sententia fuisse uidetur. Porro nobile & Romanum exemplum huius loci Cicero lib. 10. ad Att. suppeditat. Tullia (inquit) mea ἑπταμενιάρχη τέλος ερ.

C A P. XIII.

Inscriptio est, PAVLVS LIBRO QVARTO SENTENTIARVM. In quibusdam libris adiunctum est & illud, TIT. DE INTESTATORVM SUCCESSIONE.

Quod

Quod rectum est: & inde magis intelligemus,
 (quod hic in primis intelligi obseruariq; debet)
 hoc caput propriè pertinere ad ipsum S. C. Ter-
 tullianum, quo quidem mater ingenua (ut ait Iu-
 stiniānus) trium liberorum ius habens, uel liber-
 tina quatuor, ad bona filiorum intestatò mortuo-
 rum admittitur. Quid igitur, si peperit mon-
 strosum? Eum inter filios hic non numerari, Pau-
 lus ait. At matri prodesse, ait Vlpianus: inf. De
 uerb. sig. 135. Certè id scripsit Vlpianus ad legem
 Iuliam & Papiā, ut ipsa inscriptio indicat. Ea lex,
 ut cœlibatus, sic & orbitatis pœna statuerat: hoc
 est, si mulier non páreret. Quid igitur si peperit,
 sed monstrorum aliquid? Vlpianus iudicauit, ni-
 hilominus cessare pœnam legis Iuliæ. Facilius au-
 tem hanc submoueri, quam præmium ex S. C.
 Tertulliano dari, nouū non est. Sed cum utrum-
 que iam sublatū esset Iustiniani temporibus, de-
 buisset Tribonianus hæc capita sic edere atque
 componere, ut alioqui conuenissent. Nam subla-
 ta ueteri illa differentia, quorsum eius uestigia re-
 tinet? Sanè si non agatur de matre, sed de ipso par-
 tu monstroso, constat nunquā numerari inter li-
 beros, neq; ius filiorūfa. habere. I.3. C. de posthu-
 hæred. inst. Imò uero lex Romuli erat, MON-
 STROSOS PARTVS SINE FRAVDE CAEDVNTO.

C A P . X V I I .

In orbe Romano.) Cum Iustinianus ipse memi-
 nerit orbis Romani, cum agit de caducis, miror
 nostros interpretes, uel librarios, perinde atque
 si inauditum illud esset, hunc olim locum corru-
 pisce, & scripsisse IN VRBE. quasi uero hic tantum
 ageretur de ijs qui sunt intra pomeria Vrbis. Sal-

tem cogitassent, quid sibi illud uellet, quod etiam
in Pandectis legunt, communem esse nostram pa-
triā: inf. Ad mūnic. 33. Sed est iam pridem hic lo-
cus restitutus. Certè Aurelianuſ Imp. solebat
ſeſe inscribere, Orbis Romani Imperatorē. Quod
autem hic omnes qui in eo ſunt, donantur ci-
uitate Rom. intelligendum eſt de ijs, qui eſſe ci-
ues poſſunt.

C A P. X V I I I .

Et ſolitum eſſe, &c.) Idē Vlpiānus alio loco id re-
petiſt, in iſdem ſuis ad Sabinum libris, inf. De
poenit. 3. Hic autem Adrianuſ Imp. non tam ſibi
hoc ascribit, quām moris & conſuetudinis eſſe
ſignificat. Plutarchuſ uero paulo ante Adrianuſ
hoc etiam ſignificauit, & Græcorum quoq; Ae-
gyptiorumque fuſſe talem conſuetudinem o-
ſtendit, in lib. περὶ τῶν βραχι. πιμωχών. ſicuti & Ae-
lianuſ lib. 5. Romanorū certè fuſſe, ipſe quoq;
Clemens Alexandrinuſ aliquot poſt Adrianuſ
annis ſcripſit libro ſecundo τῶν γραμ. Πωμαῖος (in
quit) εἰ λοι τις ἐγνωστὸς πατέριναι δεῖν ἐπὶ τανάτῳ, δημό-
τορου ἐῶστρον ἴωσχειρ τῆς τιμωρίας, πεὶ μὲν ἐπειδή. Orig-
inemque eius moris refert ad legem Mosaicam,
quae uetabat animalia mactari, quae gerunt uter-
um. Quod quidem & Philo Alexandrinuſ priu-
indicarat: & iam ſuo tempore, hoc eſt, multis an-
nis ante Adrianuſ, receptā fuſſe legem de diſ-
ferendo mulieris prægnantis ſupplicio, quam-
uis expreſſim nō dicat Romanorū eam legem
fuſſe, teſtatus eſt. Nam in lib. περὶ φιλανθρωπ. po-
ſte aquam Mosaicam legem commemorauit, ad-
dit: συντέρει μὲν οὐντοιρ ὁρμηθεῖσες ἐνὶ τῷ μηδεὶς
καὶ τὸν ἐπὶ ταῖς παταρίτοις γενναῖς εἰσηγήσαθαι νόμον,

N O T A E.

71

*διεπαρτέται τηνούσας, αὐτὸν δέ τις θανάτῳ πρώτην, μὴ θανάτην,
αὐτόγειον αὐτὸν οἰνωσίην, ἵνα μή αὐτορυπούσιον συναπόληται τὸ
νεῖτα γεγένεται.*

C A P. X X I I I .

Idem Vlpianus in Titulis, cap. 5. Non interueniente (inquit) connubio, liberi matris conditioni accedunt: excepto, qui ex peregrino & ciue Romana, peregrinus nascitur: quoniam lex Mensia ex altero peregrino natum, deterioris parentis conditione sequi iubet. Quis eius legis Mensiae auctor fuerit, & quo tempore ea alioqui latet, nescio. Sunt qui putant eam significari, cum Vlpianus hic ait, *NISI LEX SPECIALIS, &c.* Sed de peregrina tamen non tam hic querendū nunc est, quam de seruili conditione: præsertim cum paulo antè dictum sit, eos omnes qui sunt in orbe Romano, esse ciues.

C A P. X X V I I .

Nec ingenuum, &c.) Filium tamen facit, ut saltem is in adoptantis familia cōsequatur iura ingenuorum: inf. De ritu nup. 32. Sed quid si seruum dominus adoptet? Non facit filium. Liberum tamen facit: sicuti Cato olim respondit. Institut. de adopt. §. ult. Quod hic non annotarem, nisi si interpretes id non latet obseruarent. Cæterum adiiciendum est, quod ait Gellius lib 5. cap. 19. Maserium Sabinum scripsisse, Libertinos quidem ab ingenuis adoptari iure posse: sed id neque permitti, neque permittendum esse, ut homines libertini ordinis per adoptionem in iura ingenuorum inuadant.

Ec 4

Ad

Ad Tit. vi. De his qui sui uel alieni iuris sunt.

C A P. III.

Simili modò matresfa.) Nō est hoc perpetuò utrum, ut dicantur matresfa, quæ suæ sunt potestatis. Nam ita etiam dicebantur uxores, quæ in manum uiri conuenerant, ut testis est Cicero in Top. & Gellius. Interdum etiam matremfa, ex bonis moribus æstiment Iurisconsulti: ut & ueteres uirum bonum appellabant patremfa. Vñ de Cicero p Quintio: Vetus est de scurra, multo facilius diuitem quam patremfa, fieri posse.

C A P. VI.

Placet nobis Julianis sententia.) Julianus inf. De lib. agn. i. §. 8. meminit mariti, qui lōgo tempore absfuit, & reuersus uxorem prægnantem inuenit, ideoque eam reiecerit. Esseq; ait iniuriosum: et si quid ex his quæ S. C. continentur, omiserit, ei suum hæredem nasci. Quod autem hic proponitur, per decennium abfuisse, & reuersus inuenisse anniculum: quæstio est, quę nullam dubitatem habet. Suspiciatus sum aliquādo PER BIENNIUM potius legendum esse. quanquam & tum dubitandum non sit, non esse mariti filiū. Nam nō nisi decem menses partui dantur. inf. De suis & legit. 3. §. ult.

C A P. XI.

Vel emancipati.) Sic in omnibus libris legitur. Connatus tamen putat legendum potius esse, SEMEL EMANCIPATI. ut sit hæc simplex sententia Modestini: filios semel emancipatos, deinde inuitos non redigi in patriam potestatem. Non video

nideo tamen, cur receptam lectionem debeatamus
mutare, quæ & plus aliquid significat: nempe, fi-
lios naturales, qui scilicet non sunt ex iustis nu-
ptijs nati, & propterea non nascuntur in potesta-
te, itemq; eos qui nati sunt filijfa. sed postea sunt
emancipati, nō reuocari in potestatem, si nolint.
Quanquam emancipati facilius reuocari possint,
nempe si sint ingrati. illud autem, SEMEL EMAN-
CIPATI, nō satis uidetur esse veteris Iurisprudé-
tiæ. Nā ter mancipatos & manumissos esse oport-
ebat, priusquam liberarentur. Sed quid si non
recusent redire in patriam potestatem? Honestè
poterunt per adoptionem. inf. De adop. 12.

*Ad Tit. v 11. De adoptionibus & eman-
cipationibus, & alijs modis, quibus
potestas soluitur.*

ADoptiones hic coniunguntur cum eman-
cipationibus: quia etiam dissoluunt pote-
statem patris naturalis, quamvis nouā alteri tri-
buant. Arrogatio uero planè fuit contraria emā-
cationi. Potestas autem simpliciter hic appella-
tur, patria potestas.

C A P. II.

Principis auctoritate.) In Titulis Vlpiani, & apud
Gellium est, PER POPVLVM. Sed iam tum desie-
rat hæc populi potestas, & comitiorum usus &
auctoritas, cum in Principem hæc essent transla-
ta. Certè Imp. Diocletianus: Arrogatio (inquit)
ex indulgētia Principali facta, perinde ualeat ac si
per populum iure antiquo facta esset. l. 2. C. d e
adoptionibus.

Quia et is qui adoptat rogatur, et is qui adoptatur.) Gellius ait: quia per populi rogationem siebat, eiusque etiam rogationis ueterem formulam re citat: & uestigium paulopost agnoscemus.

C A P. III. & IIII.

Quod hic dicitur Magistratus posse apud se ipsum dari in adoptionem, uel etiam dare, non satis conuenit cum antiquo Iure, cum adoptio per cessionem in Iure siebat, ut Gellius scribit. Tum enim oportebat, ut pater tertia mancipatione in Iure filium alteri cederet: & alter ille, qui adoptabat, uindicaret apud eum, apud quem legis actio erat. Sicuti & aliæ in iure cessiones per tres personas siebant, cedentem, uindicantem, addicentem: ut Vlpianus in Titulis, cap. 19. docet. Iā uero, ut idem sit & cedens & addicens, absurdum uidetur: uel etiam, ut quis addicat, & sit is tamen qui ceditur.

C A P. XI.

Mortuo duo non esse nepotem in potestate filij.) Sed neque auo agnascitur suus haeres, ut in hereditate cum filio concurrat: cum etsi filius consensisset, ille non agnaseretur, ut paulo ante dictum est. Iniquum autem esset, deterioris esse conditionis in hac causa dissentientem, quam consentientem. Si tamen tanquam ex alio, qui non est, uel in certo filio natus, nepos adoptaretur, posset agnasci suus haeres anno arroganti, ut eius tanquam prius mortui locum ueluti successione teneat, ex quanto natu nepos est arrogatus.

C A P. XVII.

Eorum pupillorum.) Iure antiquo arrogari non poterat, nisi uesticeps: hoc est, pubes, ut Gellius scribit.

scribit. Vlpianus in Titulis, cap. 8. Pupilli (inquit) antea quidem non poterant arrogari: nūc autem possunt, ex constitutione Diui Antonini. Sed cur olim non poterant? Quia (inquit Gellius) tutoribus in pupilos tantam esse auctoritatem potestatemque fas nō est, ut caput liberum fidei suæ commissum, alienæ ditioni subijcant. Quibus tamen cōditionibus hoc Antoninus permisit, Vlpianus nunc exponit. Sed quid si tutor ipse pupillum suum arrogare uelit? Paulo antē dixit Vlpianus, ne finita quidem tutela id permitti, si minor 25 annis sit adolescens. At qui ipse Antoninus rescripsit, permittendum esse tutori adoptare suum priuignum. inf. 32. Cum id Antoninus singulariter permittat eo casu, significat aliās non permitti. Cur autem uitrico id singulariter permittat, manifestū est. Iam enim affinitate est pater. Plinius lib. 10. Epist. meminit cuiusdam Voconij, qui adoptionem à uitrico meruit.

C A P. XXI.

Nam & fœminæ.) Ius antiquum aliud erat. Vlpianus in Titulis: Per Populum (inquit) fœminæ non arrogantur. Quid ita? Cū fœminis (inquit Gellius) nulla comitiorum communio est.

C A P. XXII.

An hæredes.) Testamēto nempe scripti ab ipso arrogatore, qui filium arrogatum impuberem sine causa exheredauit. Hec enim in proposito fundenda est facti species, ut reliqua conueniant.

Quia hoc non, &c.) Fideicommissio non potest onerari, qui ex testatoris liberali iudicio beneficioque nihil cōsequitur. inf. De legatis lib. 3. cap. 6. §. 1. Quarta autem arrogato debetur, uelit nolit

arrogator:nempe (ut Vlpianus hic ait) ex Principali prouidentia, hoc est, ex constitutione Domini Pij.inf. Si quid in frau.pat.13. De colla.bon.1.6. 19. Is autem est Titus Antoninus, quem paulo antè diximus primum permisisse, ut pupilli arrogari possent.

C A P. XXXIII.

Matris loco non est.) Nouercæ tamen loco est, ut ne quidem ei qui per maritum adoptatus fuerat, emancipato nubere possit.inf. De ritu nupt. 14. Patris adoptiui matrem quoque aut materteram, quamvis nō fiat auia aut materterea mea magna, prohibeor tamē uxorem ducere.inf. De ritu nup.55. §.1. Sed adoptiuae sororis filiam possum uxorem ducere, non solum quia auunculus nemo fit per adoptionem, ut ait Vlpianus, inf. De ritu nupt.12. §.3. sed etiam, quia non sit absurdū me illius fieri maritum.

C A P. XXXVI.

Manumitti.) Paulò antè dixit, EMANCIPARE. Emancipari neminem posse, nisi in imaginariam seruilem causam deductus sit, idē Paulus ait inf. De capi. minut.3. §.1. Prius enim quis olim mancipabatur, deinde manumittebatur. Hæ mancipationis manumissionisq; ambages iam sublatæ erant tempore Iustiniani: & propterea Tribonianus describens Prudentum responsa de emancipationibus, multa detrahit, mutat, & interpolat. Sed imprudens tamen quædam illius obsoletæ antiquitatis uestigia, quæ delere similiter debuerat, in hisce Pandectis reliquit. Vnde & Tit. Si à paren.manum. Denique & patris contrahentis fiduciam, mentio fit, inf.ad Tertull.2. §.10.

CAP.

Dictum est superiori capite, adoptari posse ne poté, perinde quasi ex filio, uel incerto natus sit. Nam & ita adoptare potest & qui filium non habet. sup. 37. Nunc Proculus significat, multum tam men interesse, utrum loco nepotis adoptetur aliquis, quasi natus ex aliquo certo filio, an uero incerto.

In nepotis locum aliquem adoptauit.) Non quasi ex eodem filio natum, sed generaliter incerto. Sanè si non in nepotis, sed potius in filij locū arrogasset: certè arrogatus filius fieret frater alterius naturalis filij, & essent inter eos iura consanguinitatis. sup. 23. & inf. De suis & legit. 1. §. ult.

Vt etiā iure legis nepos suus esset, quasi ex Lucio, &c.) Sic quidem legitur in omnibus libris impressis. Sed qui diligentius obseruant Romanæ antiquitatis uestigia, potius ita legendum esse putant:

V T T A M I V R E L E G E Q U E N E P O S S V V S E S S E T ,
Q V A M S I E X L U C I O , &c. Vt hæc sit uetus formula arrogationis, quo Romani utebatur apud Populum. Gellius enim lib. 5. cap. 19. scribit, eius rogationis uerba hæc esse: V E L I T I S I V B E A T I S ,
V T I L . V A L E R I V S L . T I T I O T A M I V R E L E G E -
Q U E F I L I V S S I B I S I E T , Q V A M S I E X E O P A -
T R E , M A T R E Q U E F A M I L I A S E I V S N A T V S E S -
S E T . Quid igitur? an Proculi, qui huius capititis auctor est, tempore, adhuc apud Populum in Comitijs arrogatio fiebat, & hac formula rogationis utebantur? Nō ausim id planè negare. Verum etsi mos ille tunc desisset, tamen potuit Proculus ad eum alludere: potuitque & per principem non dissimilis arrogatio fieri.

Cone

Contra puto.) Népe, inter hunc ita arrogatū nē potē, & alterū naturalē, fore iura cōsanguinitatis ut sunt inter fratres, cū manifestum est illum ita esse arrogatum nominatim, quasi ex eodem filio natum, & alterius nepotis fratem.

*Ad Tit. v i i . De divisione rerum
& qualitate.*

C A P. V.

R Etia siccare, & ex mari reducere.) Sic quoq; est in lib. Florent. Verūm cū hæc non pertineat ad fluuiorum ripas, sed potius ad maris littora, uidetur non suo loco posita. Certe Iustinianus libro secundo Institut. non ripis, sed litoribus hæc subiicit & ascribit.

C A P. VI.

Sacræ res, &c.) Quod hic & inf. 9. de sacris rebus & earū dedicatione dicitur, ex superstitione Romanæ antiquitatis repetitū est, nec in Rep. Christiana legis alioqui loco haberri posse uidetur; proptereaq; Tribonianus rectius expunxisset, si quod Iustinianus mādauit, instituerat in hos libros tātūm referre ius quo Resp. tépore Iustiniani uteretur. Certe quod inf. 9. dicitur, de euocandis sacris ad liberādum religione locū: nō potest in religione Christiana locū habere. Cuius autē superstitutionis fuerit ea euocatio, intelligi potest ex Macrobi. lib. 3. cap. 9. Multa etiā de religione sepulcrorū in his libris extāt, qb. rectè ascriberetur hēc nota: SED HOC IVRE NON V TITVR RELIGIO CHRISTIANA. Sicuti & cum hic dictum esset, cōnotaphio quoque fieri locum religiosum, ex testimonio Virgilij: rectè adiectum est, à Diuis fratribus

tribus contrà rescriptum esse. Neq; sanè propter poeticam fabulam statim existimari debuit res inanis, nescio qua religione fundos obstringere. Extat ille Virgilij locus lib.3. Aeneid. ubi describit cenotaphium Hectoreum, & inanem tumulum uocat, sacratum tamen locum esse fingit. Moris auté olim fuisse, ut honoris causa, magnis uiris, qui alibi sepulti erant, alio loco extruerentur etiam imaginaria sepulcra, scribit Dionysius Halicarn. libro 1. Sæpius tamen ijs qui in sepulti perierant, extracta fuisse talia monumenta, indicat Xenophon lib. 6. ἀναβάσεως.

(Et licet postea ratum habuerit.) In alijs libris est, RATVM NON HABVERIT. ut intelligamus, pœnitentiæ locum hic non esse. Sed sincerior est lectio Florent. quæ significat nihil hic interesse, utrum dominus à principio concesserit, an uero postea quod factum est ratum habeat: sicuti & alias sollet ratiabitio comparati mandato. Certè non sollet dici ratum non habere, qui sententiam & uoluntatem priorem mutare uult.

C A P . V I I I .

Cerycia.) Sic Græcum uerbum Latinis literis scriptum est in lib. Florent. οὐρβασία uocant Græci, Legatorum insignia, ueluti caduceum. Quidā hic legere malunt *ινετηγία*. Sed id tantum pertinet ad legationem supplicem & deprecaticem. Porrò quod hic dicitur de sagminibus, hoc est, herbis, quas legati Po. Ro. ferre solebant, Plinius lib. 2. cap. 11. de uerbena refert: aitque, cum legati ad hostes, clarigatumque mitterentur, unum ex ijs uocatum esse Verbenarium. Sanctos autem haberet legatos, (quod hic significatur) & cum qui

qui eos uiolasset, contra ius gentium fecisse uiideri, latius traditū est inf. De legationib. 17. Sed & Cicero de Arusp. respons. Sic (inquit) sentio, ius Legatorum, cùm hominum præsidio munatum, tum etiam diuino iure esse uallatum.

Ad Tit. i x. De Senatoribus.

C A P. II. & III.

Quod hic dicitur de ijs qui Senatu moti sunt, an Romæ semper seruatum sit, magis intelligemus, si conferamus Ciceronis orationem pro Cluentio, ubi de animaduersionibus Censorum agit. Solebant autem Censores olim Senatu eos mouere, qui indigni uidebantur. Quod autem hic dicitur Senatu motus capite nō minui, accipiendum est ex Iurisconsultorum sententia, qui omnia integra manere iudicant, si neque familia, neque ciuitas, neque libertas amittatur. At qui Senatu motus erat, liber tamē & ciuis & in sua familia manebat. quāquam aliās posset dici capite minutus, qui eum amiserit, quem in ordine Senatorio locum tenebat. Sed & quod hic dicitur Capite non minui, nihil aliud esse, quāciū manere, ex eo etiā intelligi potest, quod subiicitur: **SED ROMAB MORARI.** Sanè miles ignominiose missus, prohibetur Romæ morari. inf. De his qui no. infa. 2. §. 3. Dere mil. 13. §. 2.

C A P. V.

An ante dignitatem.) Nam et si tú hic filius summo iure magis uideri possit priuati hominis, q̄ Senatorij sanguinis: tamen benignius esse, ut ei paternos honores non inuideamus, rescriptum est. l. ii. C. de dignitat. Huius autē capitīs & duo rum

rum sequentium, quo quæritur, quis Senatoris filius esse dicatur, inscriptio indicat, propter legem Iuliam & Papiam id quæri. Lex illa non patiebatur, Senatorum liberos uxorem ducere mulierem libertinam inf. De ritu nupt. 14.

C A P. VII.

Et magis est.) Hoc quidē rectē dicitur ad legem Iuliā & Papiā, ut qui anū habet Senatorē, quauis patrē nō habeat, dicatur tamen Senatoris nepos, ea lege cōtineatur, quę Senatoris nepotem uetat coniungi cū libertina. Sed alioqui nō idē dicetur, neq; Senatorij sanguinis haberetur: ueluti si de pénis & quęstionibus agatur, quę Senatorio sanguini remittuntur. I. u. C. de Quæst.

C A P. VIII.

Fœminæ nuptæ clarissimis personis.) Senatorię personæ dicebantur clarissimę, sicuti & speciosæ, siue uirilis alioqui, siue muliebris sexus sint. inf. De uerb. fig. 100. Sanè Vlpianus uidit, quod Lāpridius narrat, tempore Heliogabali, mulierem, quasi clarissimam, loco uiri, Senatum ingressam esse. Mitto, quod suprà dixit, consularium fœminas esse consulares: quod non solum postea re petiit Iustinianus, Non. constit. c. v. sed & uectus historia Romana de filiabus M. Fabij Ambusti satist ostendit. Illud, quod pertinet ad clarissimaru personarum nomen, cuius Vlpianus hic meminit, adijciam, quod & ipsius Vlpiani consilio factum fuisse uidetur. Nam eius principem Alexandrum Seuerum, suis Præfectis Prætorio Senatoriam addidisse dignitatē, ut uiri clarissimi & clement & dicerentur, scribit Lampridius.

C A P. XII.

Senatores autem accipiendum est.) Non uidetur Ff pro-

prefecto hec appédx esse Vlpiani, sed ipsius potius Tribonianii, q & alia multa Pandectis immiscuit. Certè Vlpianus sciebat, multos in Senatu sententiam dicere potuisse, qui tamen Senatores non erant. Nam & ipsum Edictum, quo conuocabat Senatum Consul, hoc significabat. Iubebantur enim conuenire Senatores, & iij quibus in Senatu sententiam dicere licebat. Hoc tamen ignorasse uidetur, qui hanc appendicem Vlpiano assuit. Deinde, non est hominis rerum Romanarum pretiti, dicere, quod hic dicit, Senatores esse, qui à Patricijs & Consulibus descendunt. Scio equidem Romulum initio uoluisse, solos patricios fieri Senatores: sed genus discernebat Romæ patricios à plebeijs: ordo uero, Senatores ab Equitibus. Ordinem ex genere qui aestimat: quid ordo, quid genus fuerit, ignorat. Præterea, quomodo Senatores à Consulibus descendere dicuntur, & cum Consulibus Patricij hic coniunguntur? Hoc certè nihil aliud est, quam non solum genus cum ordine, sed & cum utroque magistratus & honores confundere. Budæus non CONSULIBVS, sed CONSULARIBVS, legendum hic esse putat. Sed alia castigatio est necessaria, ut quod hic legitur, constare possit. Si quis dicat, hoc loco non describi senatores Romanos, sed quales erant tempore Iustiniani in urbe Constantinopolitana: fatebitur quod dixi, hæc esse Triboniani, non Vlpiani.

Ad Tit. x. De officio Consulis.

C A P. I.

Sed si euenerit.) Vetus lex Romana uetabat Cōsulem fieri, qui natus non esset annos XLI. Multi

Multi tamen saepe legib. soluti sunt, ut ante eam
ætatem Consules crearetur. Quod autem Vlpia-
nus hic significat euenire posse, ut minor xx an-
nis Consul fiat, & euenisce, & beneficio Princi-
pis facile fieri posse, alibi ostendit, inf. De re iu-
dic. 57.

*Apud collegam uero causa probata, potest.) Sichæc
uerba interpongenda sunt, ut intelligamus, non
quidem eum posse manumittere apud collegam
suum: sed causa apud eum probata, posse apud se
manumittere. inf. De manu. uind. 18 & 20. §. 3. Im-
minueret suam ueluti maiestatem, si se suo colle-
gæ summitteret. Non posset autem sine hac sum-
missione apud eum manumittere. Non enim per
procuratorem potest manumittere: sed per pro-
curatorem bene potest manumissionis causam
probare. inf. De manu. uind. 15. §. 2.*

Ad Tit. XI. De officio Praefecti Praetorio.

C A P. I.

Arcadius originem Praefecti Praetorio hic
describit, qualē Pomponius indicat sup.
De orig. Iur. & à quibusdam scriptoribus traditā
esse ait. Sed alij scriptores tradunt, multo humi-
lius fuisse initium huius Praefecti. Suetonius scri-
bit Augustum partim ad Urbis custodiam, par-
tim ad sui corporis tutelā, allegisse ex copijs mi-
litaribus, certum quendam militum numerum.
His, ne amplius per hospitia uagarentur, castra
ad Urbem constituisse Tiberius dicitur: quæ Prae-
toria dicta sunt, ut ab Herodiano τὰ βασιλεῖα. Sin-
gulæ cohortes horum militum Praetorianorum
per uices excubabant in Palatio. Diciturque Au-

gustus ijs dedisse duos Præfectos, qui Præfecti
Prætorio dicerentur: abs Dione ἐπαρχοὶ τῶν δογμάτων appellantur. Sensim autem cum auctoritate militum Prætorianorum, creuit & ipsorum Præfectorum dignitas: factūq; tandem est, ut non nisi unus esset Præfectorus Prætorio, qui Principi proximus esset, & tanquam socius Imperij. Hac dignitate ornati sunt Papinianus & Vlpianus.

Ad Tit. XII. De officio Præfecti urbi.

C A P. I.

Cvra carnis omnis, ut iusto precio ueneat.) Dicitur Romæ in Carinis effossum superiorib. annis fuisse uetus marmor, in quo legebatur Edictum cuiusdam Apronianii Præfectori Vrbi, de carne occisi pecoris appendenda & uendenda. Et Amm. Marcellinus lib. 28. cōmemorat edicta cuiusdam Ampelij P. V. ne usque ad præstitutum diei spaciū lixæ coctam carnem proponerent. Huc pertinet & lex illa Cornelia, quæ edulij etiam delicatissimis uilissima precia imponebat, ut Gellius & Macrobius scribunt. Sanè quod hic mandatur Præfecto urbi, uidetur etiam communis fuisse Præfecto annonæ, ad quem olim scripsit Aurelianus Imp. Nihil esse lætius populo Rom. saturo, nihil seditiosius diciuno & famelico. Huc denique pertinent Aediles Cereales, quos frumento præfuisse dixit Pomponius, sup. De orig. Iur. Cæterum Decurionibus ius non esse in circuitibus, precium grani, quod inuehitur, statuere, rescriptum est, inf. Ad leg. Iul. De anno. 3.

Dispositos milites stationarios.) Tertullianus in Apolog. scribit, Latronibus uestigandis per uniuersas quoque prouincias militarem stationem disponi.

sponi. Hoc procurabant & Irenarchæ: quorum etiam mentio fit inf. De custod. & exhib. reor. 26. Sed & curiosi. Extat lib. 12. Cod. titulus, De curiosis & stationarijs.

Et urbe interdicere, & qua alia solitarum regionum.)
 Aut pro SOLITARVM, legendum esse SVBVRBI-CARVM, aut illo uerbo has intelligi, nuper uir doctissimus annotauit: certè ad ipsius Italiae potius quam Vrbis regiones hoc referendum esse. Posse autem tota etiam Italia interdicere Præfectum urbi, et si fortasse tam latè non patuerit eius territorium, mox docet Vlpianus. Quod autem interserit, posse etiam interdicere negociatione, professione, aduocatione, foro: quid illud sit, explicat inf. De pœn. 9. Sed illud nouum & infolens est, quod quibusdam olim Romæ legimus interdictum quoque libris & sermone. Suetonius in Tiber. Quibusdam (inquit) custodia traditis non modò studendi solatium ademptum, sed etiam sermonis & colloquij usus.

C A P. III.

Extra urbem potest iubere iudicare.) Alij legunt, NEC EXTRA VRBEM, &c. Sanè extra urbem potest iudicem dare, & iubere iudicare, si non sit extra urbis terminos. Alioqui extra urbē, hoc est, cum terminos urbis exiit, non dat iudicem. Extra suum territorium nemo ius dicere potest. inf. De iurisdict. 20. Quibus igitur finibus territoriū Præfecti urbi cōcludebatur? Dixit Vlpianus sup. 1. Si quid intra centesimum miliarium admissum sit, ad Præfectum urbi pertinere: si ultra ipsum lapidem, egressum esse Præfecti urbi notionem. Vnde apparet, quomodo accipiendum sit, quod

paulo antè dixit, pertinere ad Præfecturam urbis non solù crimina quæ intra urbem admittuntur, sed & quæ extra Vrbē intra Italiam. Quid igitur? Intra centesimum Iapidem extra Vrbem potest Præfectorus dare iudicem, & iubere iudicare.

Ad Tit. xiiii. De officio Quæstoris.

C A P. I.

Gracchanus Iunius libro septimo de Potestatibus.) Non temerè utitur Vlpianus testimonio huius auctoris. Ipse quoque Varro: Hoc (inquit) modò inueni in M. Iunij Commentarijs. Sed & Cicero & Plinius eum laudant. Et quidem Plinius, cur Gracchani dictus fuerit, indicat, nempe ab amicitia Gracchi. Cicero lib. 3. De legib. ro gatus à Pomponio, ut de magistratibus, eorumque potestate & iure disputaret: Faciā (inquit) breuiter. Nā plurib. uerbis scripsit ad patrē tuū M. Iunius sodalis: peritè, meo qdē iudicio, & diligēter.

(*Quos ipsi, nō sua uoce, sed Populi suffragio crearent.*) Cor. Tacitus lib. ii. indicat, à Regib. ipsis creatos fuisse, & eo deinde exéplo à Cōsulibus: tādē à Pulo. Quæstores (inquit) Regib. etiā tū imperati bus instituti sunt, quod lex Curiata ostēdit à L. Bruto repetita: mā sitq; cōsulibus potestas deligēdi, donec eū quoq; honorē Populus mandaret.

Ad Tit. xiiii. De officio Prætorum.

C A P. III.

Exstat apud Plutarchum in specie non dissimili, similis sententia Catonis aduersus Ciceronem, de actis Clodij Tribuni pl. Sed est tamē iustior, quod lege lata Clodius fuerat ijs legibus solutus, quæ uetabant eum esse Tribunū. Hic uero

uerò Barbarius nō aliqua lege singulari, sed per errorē factus est Prætor. Seruātur tamē eius edicta atq; decreta, partim quòd id postulet utilitas publica, partim q; Prætor utcunq; saltē creatus fit.

Ad Tit. xvi. De officio Proconsulis et Legati.

C A P. I I.

Qvia non habet iurisdictionem talem.) Apud eum demum, qui legis actionem habebat, manumittere uel emancipare licebat. sup. De adopt. 4. Apud legatum itaque Proconsulis nullo modo, ne in ipsa quidem prouincia licebat. Nam neque talis iurisdictione ei mādabatur. Quod aut̄ his Martianus dicit, breuius repetitur à Paulo, inf. De manum. uind. 17. si is locus castigate legatur, qui in lib. Florēt. expūcta negatiōe, mēdosus est.

C A P. I I I.

Stratores suos.) Alij legūt STATORES SERVOS. quod rectius est. Vlpianus inf. Ex quib. cau. ma- 10. 10. meminit Statorum. Sic autem appellabantur apparitores, à reis fistendis. Erat itaque ministerium publicum, quo fungi serui nō debebant. Cicero ad Q. Fratrem: Accensos, qui apparitores erant, Statoribus maiores, s̄epius libertos suis se narrat. Accensus (inquit) sit eo etiam numero, quo cum maiores nostri esse uoluerunt: qui hoc non in beneficij loco, sed in laboris ac munere, nō temerē nisi libertis suis deferebant: quib. illi quidē non multo secus ac seruis imperabant.

Senatum Cotta & Messala Coss. censuisse.) Hoc Senatus consilium repetatur ex lib. 3 Annaliū Cor. Taciti.

Mandare iurisdictionem legato suo debet.) Hoc est, si mandare suam iurisdictionem uelit, nō debet an-

te mandare, quam suā prouinciam sit ingressus.
Mandare si nolit, non cogitur.

C A P. VI.

Solent.) Rectius, solet. ut ad Procōfulem referatur, & conueniat cum eo quod paulopōst sequitur, ipse LIBERET.

Vt innocentem ipse liberet.) Vel etiam, ut nocētem ipse condemnnet. Nam ut apud Procōfulem, non autem apud eius legatum, reus accusatur: sic de reo Proconsul ipse lētentiam ferre debet. Sola uero cognitio hic mandatur legato. Quod etiam apertē continetur Constantini cōstitutione, l. i. C. de offic. Procons.

C A P. IX.

Vbi decretum necessarium est, &c.) Hoce est, ubi causa cognita decernendum à Prætore aliquid est: ueluti, an prædia minorum distrahenda sint: an admittenda sit transactio de alimentis legatis: an danda bonorum possessio. inf. De bono. possel. 3. ad finem. Hæc (inquam) Prætor, aut in prouincia Proconsul temere expedire statim nō potest, postulatis libello subscribendo. Causæ enim cognitio est necessaria. Quid de plano expedire possit Proconsul, paulopōst subiicitur. Planum opponitur Tribunal, quod erat in excelsō positum. Planum autem, ipsum solum Vlpianus etiam appellat, inf. De insti. 9. §. 2.

C A P. XII.

Iudicis dandi ius habet.) Quædam exemplaria habent, IUDICIS DANDI IUS NON HABET. Sed mendosè. Ac Politianus quidē ante annos LXXX, monuit mendum esse, quod in Florentino libro non esset. Sed tanto magis miror, in plerisque ad- huc

huc codicibus impressis negationem illam legi.
Certè res ipsa clamat, expungendam esse. Eū, cui
mandata est iurisdictio, ut est Legatus Proconsu-
lis, iudicem dare posse, apertè Paulus iterum di-
cit, inf. De iudic. 12. Imò uero Quæstores in Pro-
uincijs potuisse quoq; dare iudicem, indicat Di-
uinatio Ciceronis. Sed & cuicunque mandare-
tur iurisdictio, ius fuisse iudicis dādi, quod iuri-
dictionis proprium est, Vlpianus quoque signifi-
cat, inf. Quis & quo app. 1. Denique & Legatum
Proconsulis, tutorem dare posse, paulopost hic
scriptum est, inf. 15. Id tamen alioqui non tribui-
tur ei, cui mādata est iurisdictio. Sed legatus hoc
habet ex Oratione Diui Marci, inf. De tut. & cu-
rat. dat. 1.

C A P. XVI.

Deponit imperium.) Hoc est, insignia sui impe-
rij. Ipsum uero imperium, statim atque prouin-
ciam egressus erat, deponebat, ut dictū est sup. 1.
Sed honoris causa poterat alioqui inania insi-
gnia retinere, donec Vibem ingrederetur, cui fa-
sces suos planè summitteret.

Ad Tit. xviii. De officio Praefidis.

C A P. I.

*E*T Proconsules & legati Cæsaris.) Augustus Pro-
uincias Imperij Romani partitus est: quas-
dam Populo & Senatui reliquit, quasdam sibi re-
tinuit. Qui in illas mittebantur, dicebantur Pro-
consules: qui uero in has, Legati Cæsaris. Vide
Dionem libro quinquagesimo tertio, ubi & hos
Legatos appellat πρεσβοτάς.

Licet Senatores sint.) Quidā legunt, N O N S I N T.

Ff 5 ut

C A P. VI.

Veritas rerum erroribus gestarum non uitiatur.) Sic in libro Florentino legitur. Atque ita quidē simpliciter intelligemus, Proconsulem debere non quod per errorem est gestū, sed quod uerum iustumq; esse intelligit, sequi: ut quemadmodum illicitas exactiones metu extortas prohibere debet, sic & circunuentiones, quibus quis per errorē inuolueretur. Alij legunt, VERITAS RE-

RVM, ERRORIBVS GESTORVM NON VITIA-

TVR: & sententiam generalem esse uolunt, quā

certē uera etiam & memorabilis est.

C A P. XII.

Non tamen.) Alij legunt, NON TAM. quia sequi-

tur, QVAM. Sed frequēter prior illa uocula omit-

titur. Cæterū nobilissima est huius loci sente-

tia, non tam spectandum esse quid Romę factum

sit, quam quid fieri debeat. Mos maiorum spe-

ctandus est: sed ius ipsum multo magis. neque fa-

eti & iuris discrimin tollendum est: tantum ab-

est, ut Romanas antiquitates omnes statim pro-

iure habere debeamus.

C A P. XIII.

Conquirere debet.) Cicero pro Roscio Amer. No

cens (inquit) nisi accusatus fuerit, damnari non

poteſt. Sed cū ſæpe deſſent accusatores, tandem

Romanis placuit, ne propterea delicta manerent

impunita, ut ipſi magistratus, tales Quæſitores

effent, ut etiam accusatorum partibus quodam-

modo fungerentur, & iudices ſimul atque indi-

ces effent. Huius inquisitionis mandatum rep-

titutus

titur inf. Ad leg. Iul. pecul. 4. eaque etiam Irenar-
chis mandata est, inf. De custod. & exhib. reor. 6.
Christianos tamē olim inquire uetus Traianus:
etsi accusari eos pateretur. Vide nostros Commé-
tarios ad Edicta ueterum Principum Rom. de
Christianis.

C A P. X V.

Nisi uoti soluendi causa.) Satis superque obsole-
tæ antiquitatis, contempto Iustiniani mandato,
Tribonianus in hosce libros retulerat: etsi hanc
ueteris superstitionis exceptionem profanā non
reliquisset. Iussus est, ius illud colligere, quo Ref.
publica uteretur tempore Iustiniani, neq; aliud
præterea quicquā in haſce Pandectas referre. Ro-
manas antiquitates tamen referat, licet. Sed
legibus admisceri ineptias ueterum supersticio-
nūm, quæ, si iuris perpetui nomen induant, re-
ligionem Christianam pessimabunt: non est fe-
rendum. Sic & inf. De pollicitat. 2. nescio cuius
uoti religionem inepte cōmēdari constat. Quid
superest, quām ut eodem iure in Pandectas refe-
ratur lex illa Ciceronis, CAVTE VOTA REDDVIN
TO? Illud hic memorabile est, quod omnino pro
hibetur Proconsul ab nocte, & suæ prouincie
fines excedere. Non licuisse Pr̄etori urbano plus
quam decem dies ab Urbe abesse, significat Cice-
ro Philip. 2. Tribunis plebis nullum diem abesse
Roma licuisse, hoc est xxiiii horis, scribit Gel-
lius lib. 3. cap. 2. Denique Liuius lib. 36. narrat, alī
quando Romæ abs Consule edictum fuisse, Qui
Senatores essent, quibusque in Senatu senten-
tiam dicere liceret, quique minores magistra-
tus essent, ne quis eorum longius ab urbe Roma
abiret,

abiret, q̄ unde eo die redire posset. Deniq; flaminib. nō licuisse plusquā trib. noctib. urbe abesse, scribit Plutarch. in Probl. Imò uero nō fuisse ijs permisum equo uehi, ne forte longius euagarentur, me moriae proditū est. Pontifices certè nō poterant, extra Italiā sortiri prouinciam.

Abnoctare.) Pomponius, inf. De uerb. sig. 166. Pernoctare extra urbem (inquit) intelligendus est, qui nulla parte noctis in urbe est. PER enim totam noctem significat.

C A P. XVIII I.

Plebiscito continetur.) Mandatis hoc contineri dixit Vlpianus sup. De offic. Procōfūl. 6. Videtur autem hoc descendere ex lege Iulia repetundarum, cuius & mentio fit inf. Ad leg. Iul. repet. 6. & 7. Sed & Cicero ad Att. lib. 6. Leuantur (inquit) miseræ ciuitates, quod nullus sit sumptus in nos, neque in legatos, neque in Quæstorem, neque in quenquam. Scito enim nō modò nos fœnum, aut quod lege Iulia dari solet, non accipere, sed ne ligna quidem, nec præter lectos quatuor & tectum quenquam accipere quicquam.

Ad Tit. x x. De officio eius cui mandata est iurisdictio.

C A P. I.

Facio perlubenter, ut Eguinarij Baronis Iuriscons. clariss. & collegæ quondam in Gallia mei periphrasim minimè uulgarē, qua nobilissimi huius capitī obscurā sententiā eleganter ex posuit, adscribam, neque alia nūc utar expositiōne. Quæsitum est Papiniani seculo, si is qui magistratum ue potestatem ue haberet, iurisdictio nem

nem suam alij mandaret, quarum rerum cognitionem, more institutoque Maiorum, in eū trāf-
ferre uideretur, cui mandata esset. Papinianus li-
bro primo Quæstionum respondit: Quæcunque
nominatim noua lege, nouo ue S. C. aut Princi-
pali constitutione quibusdam magistratibus, ut
Prætori uel Præfidi, dantur: ea, mandata ab ijs iu-
risdictione siue generaliter siue specialiter, in má-
datarium minimè transferri. Quæ uero negocia
iure Magistratus (qui iuris dicudi gratia de om-
nibus priuatis ciuilibusq; primùm creatus est)
cuique competit, non specialiter tribuuntur:
aut generaliter man data iurisdictione, aut certè
nominatim, in mandatarium transire. Itaque er-
rare Magistratus, qui cum lege, S.C. uel Constitu-
tione nominatim rerum capitalium, aliarum' ue-
publicarum quæstionum iudices cōstituti sunt,
ut hæc iudicia exerceant, & de consilij sententia
reum condemnent uel absoluant, iurisdictionē
hanc suam alijs mandant. Cuius rei non leue est
argumentum, quod in lege Iulia de ni hic uersus
scriptus extet, HVIVS QVAESTIONIS PRAETOR,
CVI EO ANNO SORTE OBTIGERIT EXERCITIO,
IVDEX ESTO. QVAM, SI PROFICISCATVR, ALII
MANDARE LICETO. Non aliter ergo Quæsi-
tor rei capitalis mandare hoc iudicium exercen-
dum alij poterit, quam si profiscatur: quamuis
alioqui iurisdictione de rebus priuatis, que iure Ma-
gistratus competit, & angustiore uerbi significa-
tione Iurisdictione absolutè uocatur, etiā ab eo qui
non profiscatur, mandari soleat. Cūm igitur in
lege Iulia de ui hoc nominatim cautū sit, eadem
ratione publicæ quæstiones legis Iuliæ Maiesta-
tis,

tis, legis Iuliæ de repetundis, & S. C. Syllamiani
(quo S.C. Prætori cognitio & iudicatio nominatim data est) mandari non poterunt. Et quoniā diximus, quæ iure Magistratus cōpetunt, ea mādari posse: illud scire oportet, mādata Iurisdictio ne, eum qui mandatam suscepit, non habere eam sibi propriam: sed eius Magistratus, qui mandauit, iurisdictione uti: & ita non suo iure, sed alieno beneficio alienam iurisdictiōne exequi. Hoc enim, quod respondi, uerius est, utcunque haec nus controuersum fuerit: nimirum, Iurisdictiōnem, quæ iure Magistratus competit, in eum cui mandatur, transferri, sed alieno nomine exequēdam: merum uero Imperium, id est, solum & se iunctum ab eiusmodi iurisdictione, (quæ absolute iurisdictio in hoc argumēto, more maiorū, intelligitur) mandata iurisdictione, non posse in eum cui mandata est transire: quandoquidē hoc imperium non iure Magistratus, qui more maiorum ius dūtaxat de priuatis dicit, ei qui cū imperio & potestate est cōtingit, sed lege S. C. uel constitutione (ut iam dictum est) specialiter ei tribuitur. Vnde facile possumus intelligere, hoc uoluisse iuris auctores, qui quæstiones huiusmodi constituerunt, ne alius de hisce rebus iudicaret, quām qui ob singularem industriam, explorata eius fide & grauitate, ad aliquod officium ad hibitus esset. alioqui satis fuerat, nullo iudice quæstionis in lege expresso, pœnam maleficio certam constituere, & relinquere iudicium Magistratui more maiorum, ut cetera iurisdictiōnis per se uel per alium exercēdum. Ex his apparet, cū Proconsul in prouincia & quæ iure Magistratus

stratus competunt & merum imperium exequi tur, nō ut Quæsitor in Vrbe, soli quæstioni publi cæ præst: mandata iurisdictione Legato , animaduersiōnem in eū non trāsferre: quia (uti diximus) more majorum, & argumento ducto ex lege Iulia de ui, satis cōstat, ea demū in Legatum transire, quæ iure Magistratus cōpetunt. Haec transire, quæ iure Papinianus. Sed Paulus, qui in libros Quæstionum Papiniani notas scripsit: Imò (inquit) imperium, quod iurisdictioni cohæret, utpote si ne quo iurisdictione esse non potest, mandata iurisdictione Legato, in eum transire uerius est: quia iurisdictione fine modica coercitione nulla est: ut quod Papinianus ait, animaduersiōne Legatum non habere, de maiore animaduersione, quæ me ri imperij est, accipiendum sit.

C A P. IIII.

Propter utilitatem pupillorum.) Hæc est uelut iratio singularis cuiusdam iuris: Quæ specialiter legē dantur, alteri mandari non solent: multoque minus transeunt mandata generaliter iurisdictione. Quæstio autem suspecti tutoris specialiter Prætori mādata uidetur: sed neq; Iurisdictionis uerbo propriè continetur. Ac de ea quidē nullū alium quām Prætorē cognoscere posse, traditum est inf. Ad Turpil. 1. §. 7. Quid ergo si hic dicamus, receptum est propter utilitatem pupillorum, ut saltem ipsa notio mandari possit, non etiam iudicatio, hoc est, sententiæ dictio, ut sup. De offic. Proc. 6. An tutoris datio mandari possit, alia quæstio est. Rescriptum autem quod hic recitatur, postea rursus laudatur, inf. De susp. tut. 1. §. 1.

Ad

Iurisperiti modestè hic appellantur Iuris studiosi, ut Sophi postea dicti tantum sunt Philosophi. Vopianus & Paulus adfessores fuisse dicuntur Papiniani Præfecti Prætorio. Sanè si adfessoris imperitia ius aliter dictum sit quam oportuit, adfessor tenetur. inf. Quod quisq; iur. in alt. stat. 2. Adstabant & Iurisperiti plerunque iudicibus datis, non tamen iudices erant, neq; à Prætore dabantur, sed ab ipsis iudicibus consulebantur & aduocabantur. Itaque & Consiliarij dicuntur. Sic in causa Quintij datus à Dolabella Prætori iudex est Gallus Aquilius Iurisconsul, qui sibi adiunxit & aduocauit l. Lucullum, M. Marcellum, & P. Quintilium, ut ex oratione Ciceronis pro Quintio intelligitur.

C A P. IIII.

Hoc Papiniani nobile responsum ab Vpiano repetitur, quibusdam tamen uerbis detractis: & ad alterā facti speciem questionem ue refertur, inf. Loc. 19. §. ulti. Paulus uero huius loci regulam hanc edidit: Qui operas suas locauit, totius temporis mercedem accipere debet, si per eū nō steterit, quo minus operas præstaret. Aduocati quoque, si per eos non steterit, quo minus causam agant, honoraria reddere non debent. inf. Loc. 38.

Comitibus.) Sic appellari solent consiliarij & adfessores, qui Præsidem sequebantur, eiique subseruiebant. Quod attinet ad hæredes ipsius Legati ante diem functi, uel etiam horum comitum: an

(in-

(inquam) hæredibus debeatur salarium residui temporis, uide Plinium lib. 4. epist. ad Arrianum.

*Quod à legatis præstitutum est.) Alij legūt, q[uo]d
LEGATIS PRAESTITVM EST: ut id referatur
ad ipsum tēpus, quod Legato suo Cæsar p[ro]stite-
bat. Sed commodior est lectio Florent. ut refera-
tur ad ipsum salarium, quod Legatus suis comi-
tibus præstituerit: quanquam & ijs debeatur, &
extraordinaria cognitione Prætoris præstetur,
etsi nominatim non sit alioqui promissum. inf.
de extraord. cog. 1. §. Sanè tempore Vlpiani dici-
tur Alexander Imp. certa salario adsefforib consti-
tuisse, quæ ex publico præstarerit. Et Iustinianus
Nou. const. 17. iubet adsefforem deligi *ex p[ro]m[iss]ione
vop[er] rois magistris d[omi]n[os]cib[us]*.*

Diversum in eo.) Vlpianus inf. Loc. 19. ut proxi-
ma uerba expungit, sic & istam diuersitatem sup-
primit. Cæterum huius diuersitatis ratio tamē
nonnulla est: nempe, quod Legatus uideatur co-
mitibus salarium tantum præstituiscere in illud us-
que tempus, quo successorem acciperet: idq[ue];
magis comites præuidere potuerint,
quām mortis tempus.

Gg AD

Tit. 1. De Iurisdictione.

C A P. I.



Us dicentis officium latissimum est.) Ius dicentis nomine, Prætor urbanus intelligi solet. Eius enim propriū & præcipuum, propter quod etiam primū creatus est, officium fuit, iudices dare, ijsque ius dicere. Sed quia cum hac iurisdictione præterea multa coniuncta fuerunt, tota eius potestas interdum jurisdictionis nomine generali significatur, quicquid tandem decernat aut statuat, quod ad iuris iusticiae ue causam pertinet. Itaque & ius dicentis officium latissimum esse, ait Vlpianus. Sanè tamen concludi olim dicebatur tribus uerbis, NO, DICO, ADDICO. Quorum uerborum interpretatio repeti etiam potest ex quarundam ueterum legum de agrorū finibus, formula ita concepta: Deque ea re curatoris qui hac lege erit, iurisdictionio, Reciperatorū que datio, addictio esto. Si curator hac lege non erit, tunc quicunque magistratus iuridicundo præterit, eius de ea re iurisdictionio, iudicisque datio, addictio esto. Ergo uerbo dandi, datio iudicis: uerbo dicendi iurisdictionio significabatur. Addictio uero propriè uerborubatur in cessionibus, quæ in iure siebant. Siebant enim per tres personas, cedentem, uindicatēm, & addicentem. Hic autem addicens, erat Prætor urbanus: sicuti cedens, erat

rat dominus: uindicans uerò, is cui cedebatur: quemadmodū Vlpianus in Titulis, cap. 19. docet.

Bonorum possessionem dare.) Hæc fuit quæ dicitur, Decretalis bonorum possessio. Alia uerò erat & appellabatur Edictalis. Eſe autem propriè imperij mixvi, dare bonorum possessionem, ſicuti est quod ſubjicitur, mittere in possessionē, paulo pōst audiēmus.

Pupiliis non habentibus tutores conſtituere.) Tempore Vlpiani iam hoc ſpecialiter mādatū erat uni ali cui Prætori, qui hoc nomine institutus & creatus est à M. Antonino Imp. & Tutelaris propterea dīctus est: de cuius etiam officio librū ſingularem ſcripsit Vlpianus. Olim uerò mandatum id erat Prætori urbano & Tribunis plebis, ſicuti & Consulibus ipſis. Sanè tutoris dationem neque imperij eſe, neque iurisdictionis, ſed ei ſoli compete, cui nominatim hoc dedit lex, Vlpianus ipſo fatetur, inf. De tutel. 6. §. 2.

Judices litigantibus dare.) Hoc propriè & ſpacialiter eſſe iurisdictionis, paulo pōst dicet Vlpianus, quo magis uetera illa duo uerba do dico, coniuncta fuſſe intelligamus. Dabat autem iudices cum formula iuris, quod illi in iudicando ſequuntur. Sed non ne etiam ius dicentis officium erat, etiam iudicare? Certè fuerunt multæ extraordinariæ cognitiones Prætoris urbani, quarum ipſe iudex erat: hoc eſt, de quibus ipſe & cognoscet & pronunciabat, hoc eſt, ſententiam feret. Sed & restitutio minorum xxv annis, erat cognitionis Prætoriæ: & persecutio fideicommissorum, & pleræque aliæ cauſæ. Deniq; multa erant Prætoris decreta, quæ ipſe cauſa cognita

interponebat. Sed hæc omnia etiam dicebantur generaliter esse ius dicētiſ: imò uero in antiquissimis legib. itus dare, ſicuti ius dicere aut reddere legibus. Vetustissima fuit lex illa, cuius Linius & Macrobius meminerūt: in qua scriptum erat,

PRAETOR, QVI IUS POPVLO PLEBI QVE DABIT SVMVM, &c. Sanè Cicero lib. 3. Delegib. Prætorem urbanū, hoc eſt, ius dicentem, ita deſcribere uidetur: **IURIS DISCEPTATOR, QVI PRIVATA IUDICET, IUDICARI VE IVBEAT, PRAETOR ESTO. IS IURIS CIVILIS CVSTOS ESTO.** Quale fuerit officium aliorum Prætorum, nempe Quæſitorum, quorum nō iurisdictio, ſed imperium merum eſſe dicebatur, paulo pōſt audiēmus. De Prætore peregrino, cuius utrumque fuiffe uidetur, dixi ſup. De orig.iur. Nunc illud dicendum eſt, Tribonianū in deſcribēda iurisdictione & imperio magistratum, non paruiſſe mandato Iuſtiniani. Nam obſoletas antiquitates, quæ eius tempore locum non habebant, cōmemorat. Utinā uero eas deſcripſiſſet integras.

C A P. I I.

Ea quoque confeſſa uidentur.) Hoc eſt, aliquod imperiū, quod iurisdictioni ideo coherere dicitur: ideoque etiam non merum eſſe, ſed mixtum. ſup. De offic.eius cui mand. eſt iurisd. 1. ad finem. & 5. Habebat itaque ius dicens, uocationem, prehensionem, & aliquam coercionem.

C A P. I I I.

Huius capitinis inscriptio in libro Florent. hæc eſt: **VLPIANVS LIBRO SECUNDO DE OFFICIO QVAESTORIS.** In alijs pro LIBRO SECUNDO, eſt, **LIBRO SINGVLARI.** quod rectius eſſe uidetur, ut & ſup.

& sup. De offic. Quæst. i. Nam &c in Indice Iustini
niani laudatur Vlpiani liber singularis de officio
Quæstoris. Plures igitur de eo libros scripsisse
non existimo. Existimarem autem librum eum
fuisse de officio Quæstoris, hoc est, Quæsitoris
Prætoris, cuius nulla propriè iurisdictio, sed po-
tius imperium merum esse dicitur: proptereaq;
Vlpianum crederem imperiū & iurisdictionem
hic descripsisse. Sed librum illum fuisse potius
de officio Quæstoris ærarij, didici sup. De offic.
Quæst. i. Quorsum autem tunc de imperio aut
iurisdictione quæritur? Vtar coniectura. Scribit
Gellius lib. 13. cap. 12 & 13. Quæstorem neq; pre-
hensionem, neq; uocationē habuisse: propterea à
priuato potuisse ad Prætorem in ius uocari, du-
cique. Hinc intelligere possumus, nullam eius
Quæstoris fuisse iurisdictionem, imperium nul-
lum. Hocque fortasse in hoc libro dixerat Vlpia-
nus. Ut autē magis id intelligeretur, ascripsit que
hic legimus. Sanè huius capitinis in quibusdam li-
bris alia est inscriptio, nempe hæc: PAVLVS LIB.
II. AD EDICTVM. Et uero constat Paulum, sicut
& Vlpianum, lib. 1.2 & 3. ad Edictum exposuit
se tria Edicti perpetui capita de Iurisdictione.

Imperium.) Imperium generaliter interdum ac
cipitur, ut & iurisdiction. & Iurisconsulti nō nun-
quam utuntur utroque uerbo *διαιρέως*, cum ma-
gistratus pro sua potestate aliquid facit, statuit,
exercet. sicuti & ius dicere, & ius dare, & iudica-
re, confuse plerunq; dicitur. Sed frequentius fit,
ut singula proprijs appellationibus specialiter di-
stinguantur. Sic nunc imperium abs iurisdictione
distinguitur: ut iudicem dare, propriè sit iu-

risdictionis: reliqua, imperij esse dicatur. sed quia imperium adhuc generaliter ita dici uidetur: altera distinctione explicatur.

Imperium merum.) Merum hic dici, dubium non est, quod non est mixtum: hoc est, cui iurisdictio non inest, uel quod iurisdictioni non cohaeret: nempe, quod planè separatum est à iurisdictione, neque ad eam exercendam pertinet, neque cum ea quicquam habet commune.

Habere gladij potestatem.) Quæstiones publicæ & capitales fuerunt separatae à causis ciuilibus & pecuniarijs: & ut in his iurisdictioni generaliter fuit Prætoris urbani, sic illę alijs Prætoribus, qui Quæstores & Quæsitores dicti sunt, mandatæ sunt, & quidem singulæ singulis. Quinimò interdum, qui ex ordine Prætorum non erat, Quæsitor tamen fuit. Tantum abest, ut cum iurisdictione quæstio cohaereret, quanquam hoc in Prætore peregrino singulare fuerit, ut non solum ius diceret, sed etiam de Repetundis quereret, ut dixi sup. De orig. Iur. Sed & in Provincijs Præsidēs & Proconsules tam de causis ciuilibus ius dixerunt, quam de capitalibus iudicarunt. Deniq; & Præfetus urbi, iudices dabat: inf. De iudic. 12. Quis & à quo appell. i. & nihilominus omnia criminis sibi vindicabat. sup. De offic. Præf. urb. i. Verum etsi idem magistratus ficeret utrumque, alterum tamen cum altero alioqui non cohaerebat, neq; permiscebatur. Sed quis olim Romæ habuit gladij potestatem, quo animaduerteret in facinorosos? Certè etsi in peregrinos ita animaduerteretur, in ciues tamen nulla ullius magistratus erat talis potestas, quamdiu lex Porcia, non solum

solum secures à ceruicibus, sed etiam uirgas à tergo ciuium remouit. Sed tempore Vlpiani fuisse etiam honores Iuris gladij, & ita esse appellatos, ostendit Lampridius, qui ait, Alexandrum Seuerum nunquam passum esse, ut iij uenderentur.

Præfustum urbi fuisse uindicem omnium criminum, ipse Vlpianus scripsit, sup. De officio Præfect. urb. i.

Mixtum est imperium, cui etiam iurisdictio inest.) Vel, quod inest iurisdictio. Paulus ait, Quod iurisdictio cohereret: idque non esse merum ait, sup. De officio eius cui mand. est iurisdict. i. ad finem, & 5. Et exemplum proponit modicæ coercitionis, sine qua iurisdictio nulla est. Sicuti & paulo antedictum est, data iurisdictione, ea quoque concessa uideri, sine quibus iurisdictio explicari non potest. Sic iurisdictio sine aliquo imperio non erat. Sed aliud exemplum huius imperij hic proponitur, de quo dubitari magis poterat: quia non ita per se cohererat iurisdictio, neque ad eam tendam sit accessio necessaria.

Quod in danda bonorum possessione consistit.) Dixi antea, hanc appellari decretalem bonorum possessionem, quæ scilicet decreto Prætoris urbani dabatur causa cognita. Hoc ius dandæ possessio- nis cohererebat cum iurisdictione, cum quidem ei daretur, qui iuri dicundo præerat: sicuti & ius mittendi in possessionem, ad coercendam contumaciam. Sunt qui hunc locum ita legant: a vobis

IN DANDA BONORVM POSSESSIONE CONSISTIT, IVRISDICTIO EST. IVRISDICTIO EST ETIAM, &c. ut tanto magis intelligatur summa affinitas huius imperij & iurisdictionis. illud ta-

men propriè in decernendo, hanc in iudice dando esse.

Iurisdictio est etiam, iudicis dandi licentia.) Halander legit, *ut IURISDICTIO EST IUDICIS DANDI LICENTIA.* Alij expūgunt uocem *ETIAM,* & simpliciter legunt, *IURISDICTIO EST IUDICIS DANDI LICENTIA.* Certè aliud quippiam est ius dicere, quām iudicem dare: sed solebant hæc duo coniungi, ut suprà dixi de duobus uerbis, *DO, & DICO.* Et paulo antè dictum est, *Ius dicens officium esse, ut det litigatoribus iudices.* Id uero eum potuisse quis mirabitur, qui meminere, etiam potuisse totam suam mandare iurisdictionem. Qui autem iudices dare, quiq; dari possint, diligentius exponit Paulus inf. De iudic. 12. *Nimium autem contentiosi uidetur hoc tempore docti alioqui interpretes, qui clamitant, eum qui iurisdictioni præerat, nunquam iudicasse: & illi nimium præfracti, qui contendunt semper iudicasse.* Atqui de quibusdam causis cognoscere & iudicare debuisse: de quibusdam non potuisse: de quibusdam, si uellent, potuisse: & in ijs modò iudicem dedisse, modò iudicasse: & hæc omnia fuisse iurisdictionis, intelligemus, si antiquos Romanæ Reip. mores teneamus: & ipse Diocletianus Imp. huius generis quippiam indicat, l. 2. C. de pedan. iud.

Mirum uero, quod cum multo ante tempora Iustiniani ualde mutatus esset uetus mos iudiciorum dandorum, sicuti & formulæ cum iudicium impetracionibus erant sublatæ: Tribonianum tamen in Pandectis ita describere iurisdictionē, quasi antiquitates Romanas narrare, non autem

autem ius, cuius suo tempore usus esset aliquis,
edere uellet: præsertim cum Iustinianus ei man-
dasset, ut sui temporis potius quam antiquitatis
rationem haberet. Saltem si antiquitatis Roma-
næ memoriam hic conseruare uoluit, iurisdictio-
nem Prætoris describendo non prætermisisset
Centumuiralia iudicia, de quibus & Paulus li-
brum singularem scripsérat: & quorum fit men-
tio inf. De inoffic. 7. De liberat. lega. 30. Fuisseq;
Centumuìros, magistratus iudicandis litib. con-
stitutes, ait Pomponius sup. De orig. iur. Iudi-
casse autem præcipue de actionibus in rem, o-
stendit Cicero lib. 1. de Orat.

C A P. V. & VI.

Vt is demum, &c.) Is ergo, cui suam Prætor iu-
risdictionem mandauit, eam ipse alteri similiter
mandare non poterit. Poterit tamen iudicem liti-
gantibus dare. inf. De iudic. 12. §. 1. Vt autem hic le-
gimus, more maiorum non posse mandari iuri-
spectionem ab eo cui mādata est, sic sup. De offic.
eius cui man. 1. Papinianus ait, more maiorū pos-
se à Magistratu mādari, transferrique iurisdictio-
nem, nō etiam merum imperium, aut quod spe-
cialiter lege defertur potius quam iure Magistra-
tus competit. Sæpe in Senatu uel alijs publicis
negocijs ita occupatus erat Prætor, ut iurisdictio-
ni operam dare non posset. Alteri itaq; eā manda-
bat. nec periculum aliquod erat, cum proposita
prius essent edicta, ex quibus ius diceretur. Eadē
erat ratio Præsidum in prouincijs.

Et quia nec principaliter ei.) Ei scilicet, qui iuri-
spectionem non suo iure, sed alieno beneficio ha-
bet, ueluti mandatam à Prætore uel Præside. Sic

enim hęc uerba ad superiofa referenda sunt: & significant, quod suprà dixit Papinianus, eum nihil proprium habere, sed aliena iurisdictione uti.

Solui mandatum Labco ait.) At iudicis dati cognitio nō solueretur. Iudices à Præside dati (inquit Paulus) solent etiam in tempus successorum eius durare, & cogi pronunciare, inf. De iudic. 49. §.1. Et uero uix potest res integra esse, ubi iudex datus est, statimq; ab eo res geritur: ut meritò mā datum solui non debeat morte mandantis. Alia uero causa est eius, cui generaliter mādata est iurisdictio. Iam igitur apparet in duobus, quātum interfit inter iudicem datum, & eum cui mandatur iurisdictio. Tertium discrimen tradit Vlpianus, inf. Quis & à quo appell. i. Sed Gordianus Imp. l. 5. C. De iudic. cum impropriè loqueretur, interpretibus tenebras offudit. Ait, à Iudice iudicem delegatum, iudicis dandi potestatem nō habere, cùm ipse munere fungatur iudiciario, nisi à Principe iudex datus fuerit. Iurisconsulti dicerent, eum quoque cui mādata est iurisdictio, iudicem dare posse: sed iudicem datum, non posse. Cæterū singulare est illud, quod Gordianus significat, nihil interesse inter iudicem à Principe datum, & eum cui Prætor uel Præses iurisdictionem mandauit, quod quidem attinet ad iudicis dandi potestatem.

C A P. VII.

Vt Prætores urbani, Magistratum ineuntes solebāt in cōcione Populi uiua uoce edicere, quid essent toto suo magistratu obseruaturi in iure di cundo, sicuti Cicero in libro secundo De finibus indicat; sic etiam Edicta illa sua deinde in albo, uel

uel alia tabula conscripta edebant, publiceque proponerent. Eaque appellabantur Edicta perpetua: quae Ulpianus hic ait fuisse Iurisdictionis perpetuae. Ex illis enim tenebatur etiam lege Cornelia Praetor toto suo Magistratu ius dicere. Alia uero erant temporaria, & unius modi alicuius causae, quae, prout res incidebat, ut hic ait Ulpianus, proponebantur: ueluti editum citatorium aut peremptorium, inf. De iudic. 55. 68. 70. 71. 73. Sic & Praetores Quæstores, quorum alioqui nulla propriè erat iurisdictionis, talia edita proponebant: ut Cicero ad Q. Fr. commemorat C. Alfij de Maiestate quærentis editum, quo adesse in iudicio iubebatur Gabinius Maiestatis reus. Sed edita perpetua, siue perpetuae iurisdictionis, solus Praetor urbanus Romæ proponebat, ut in prouincijs Praeses. Eorumque album (quæ tabula quædam erat dealbata) continebat formulas actionum. Unde & aduersarium producere ad album, inf. De eadem. 1. De decurionum alio albo, inf. De al. scri.

*Quingentorum aureorum.) In alijs libris est, q. v. in
QUAGINTA AVREORVM. Vtra lectio uerior sit,
dubitatur. Certè in eum qui facit aduersus editum de in ius uocando, ueluti qui patrem sine
uenia in ius uocat, dari quinquaginta aureorum
iudicium, ait Ulpianus, inf. De in ius uoc. 34. Sed
grauius est, & grauiori quoque pena dignum,
delictum corruptientis Editum perpetuum. Ego
uero cum id quoque puniri alijs legibus & pu-
blico iudicio intelligam, inf. Ad leg. Corn. de fal.
32. Ad leg. Iul. pecu. 8. facile crediderim, pecunia-
rium iudicium populare, quod hic datur, non ni-
si quinquaginta aureorum fuisse, quia nec ueteres*

res

res multæ grauiores esse solebant: & ut inopes qui quinquaginta aureos illos, quos propter contemptum de ius uocando edictum debent, exoluere non possunt, corpore castigatur, inf. De ius uoc. 35. sic & hoc loco Vlpianus iubet eos castigari, qui propter inopiam nō possunt pœnam hic constitutam pédere. Quo magis existimo utriusque editi similem fuisse ratione. Sanè cum pauperes ab accusatione repelluntur, iudicantur esse pauperes, q minus quam quinquaginta aureos habent. inf. De accus. 10. Quinquaginta aureos æstimare nunc solemus, centum & uiginti quinque coronatis Gallicis.

C A P. I X.

Si familia (sic autem plures serui significantur) furtum fecerit, Prætor domino succurrit, ut is non plus præstet, quam si ab uno furtū factum esset. inf. Si fami. furt. fec. dic. *Quod quidem & in damno dato, non etiam in iniuria facta, dici benigne posse, Caius fatetur: inf. Ad leg. Aquil. 32. De iniur. 34.* Quid in albo corrupto? Hic Octauenus uidetur idem benignè dixisse, quod in furto damnō ue dicitur. Sed Paulus ita demum id dici posse notat, si familia non quidem corruperit albū, sed per alium curauerit corrumpi.

Si dolo m. do curauerint.) Quidam hic legēdum potius ita esse putat, NISI DOLO MALE CVRA VERIT, &c. ut quod initio dictū est, si familia albū corruperit, singulos teneri, hāc habeat exceptionem: nisi si forte, nō quidem ipsa corruperit, sed tantum curauerit corrumpi. Sic illud, SED HOC POTEST DICI, referendum esset non ad proximam Octaueni sententiā, sed ad id quod principiū

piò dictum est. Vtrouis modo hic locus legatur,
sententia utraque probabilis est.

C A P. X.

Neque sibi ius dicere, neque uxori, uel liberis suis, &c.)
In eorum tamen causa priuata, præterquam iniuriarum, iudex dari iudicareque potest. inf. De iudic. 77. Nam & non sine aduersarij consensu datur, & tamē formula constringebatur. Sed ius dicere, periculosius erat, neque tam facile permitendum. In sua certè propriaque causa neque ius dicere quis potest, neque iudex esse. inf. De arbitrii. &c. C. ne quis in sua cau.

C A P. XI.

Intra iurisdictionem iudicantis.) Iudicantem hic mihi uocare uidetur Prætorem fideicommissarium, qui non de omnibus fideicommissis, sed de minoribus cognoscebat. Quanquam exprimere non possim, ad quam usque quantitatem de ijs iudicaret. Quintilianus lib. 3. cap. 6. Non debes (inquit) apud Prætorem petere fideicomissum, maior enim Præatoria cognitione summa est. Sed & Principem ediuerso de maioribus quibusdam summis, nō etiam de minoribus cognouisse, VIopianus indicat, inf. De appellat. 10. §. 1. & 2. conuenitque planè cum hoc loco, illius sententia. Sane ut suprà iurisdictionem suam non potest quis ius dicere; sic neque infrà, si certi fines præscripti sint, quos ultra citraque iurisdictio non cōsistat.

C A P. XV.

In præsidem.) Iacobus Cuiatius, iuris interpres eruditus, & successor in Gallia meus, acutè coniicit legendum hic esse, IN P R A E S E N T E M: quia si in absentem consentiant, nulla esse dicatur conuentio,

uentio, antequam is aditus sit, licet nullus interuenierit error. inf. 18. Hic uero Praetor quidem praesens fuit, & iam aditus erat, sed per errorem. Ergo opus erat & litigatorum consensu, & eius Praetoris, cui se summittebant, cum alioqui eius non esset inter eos iurisdictio. Si inter eos Praetoremque ipsum ita conueniret, non poterat aliis Praetoris, cuius alioqui iurisdictio erat, hanc conuentione impedire. Veluti, non poterat Praetor urbanus obstatere, quo minus Praetor peregrinus ius diceret inter eos ciues, qui sibi ab eo ius dici uolebant. Fuitque hac de re lex Iulia lata in haec uerba:
 QVO MINVS INTER PRIVATOS CONVENIAT,
 VT EIVS QVI IVRISDICTIONEM ALIOQVAM
 HABET, IVRISDICTIONI SE SVBIICANT: 13,
 CVIVS ALIOQVI IVRISDICTIONI SVBSVNT,
 PROHIBERE NON POTES. Ulpianus libro secundo Ad edictum, hanc legem exposuit pluribus uerbis: inf. De iudic. 2. ubi & Iuliani sententia de errore, qui consensui contrarius est, (cuius sententiae hic mentio fit) fusius explicatur.

Ad Tit. 11. Quod quisq; iuris in alterum statuerit, ut ipse eodem iure utatur.

C A P. I.

Vetus lex Cornelia fuit, ut Praetores ex Edictis suis perpetuis ius dicerent. Ut autem iusta edicta etiam ederent, & ne cum alterius iniuria ius nouum atque insolens dicerent: alia lege opus fuit. Haec autem iustissima esse uisa est, ut ipsi ius, quo d'alijs dixissent, sibi quoque dici patarentur:

terentur: idemque & de ijs statueretur, qui abs Prætore ius nouum postulassent atque impretraſ ſent. Hoc itaque Edictū ait Vlpianus habere ſum mam æquitatē. Cicero tamen nescio quid ſeueritatis acerbę ea in re notasse uidetur. Sic enim ſcribit ad Q. Fratré, loquens de Cn. Octauio: Quę in Magistratibus iniurioſe decreuerant Syllani homines, eodem ipſis priuatis erat iure parendū. Hęc illius ſeueritas acerba uideretur, niſi multis condimentis humanitatis mitigaretur. Non ui detur Ciceronis tempore adhuc editum fuiffe illud, quod hic proponitur, edictum. Certè id non ſuppreſſiſſet, cùm Verris iura, iudicia, decreta no ua tam multa cōmemorat & accusat. De ijs, qui malè iudicando litem ſuam faciūt, alia lex fuit. inf. De extraord. cognit. 6.

Ad Tit. 111. Si quis ius dicenti non obtemperauerit.

C A P. I.

Non tamen Duuumiris.) Quidam legendū eſ- fe putant, NON TANTVM DVVMVIRIS. Sed prius probent, quod conceditur Magistrati- bus Populi Romani, multo magis concedi Mu- nicipalibus. Duuumiri primi erāt in municipijs, ex ordine Decurionum delecti. inf. De pecul. 3. 6. 10. De albo ſcrib. 1. Erāt in colonijs municipijsq; Decuriones tanquam Senatores: Duuumiri, & interdum Quatuoruiri, tanquam Consules. quam- quam Coloniæ alioqui à municipijs diſferent: & illis Duuumiri, his Quatuoruiri olim magis praeerant: & quidem Duuumiri, ciues Romani: Quatuoruiri, ex ipſis municipijs. Verūm & Cice

eo ipse ad Att. cum Quatuorviris Municipalibus
coniungit Duumuiros.

Is uidetur ius dicenti non obtemperasse, qui quod extre-
mum in iurisdictione est, non fecit.) Rectius fortasse ne-
gatione utraque expuncta legererur: is VIDE-
TVR IUS DICENTI OBTEMPERASSE, QVI
QVOD EXTREMVM IN IURISDICTIONE EST,
FECIT. Vel transposita altera negatione: is NON
VIDETVR IUS DICENTI NON OBTEMPERASSE,
QVI QVOD EXTREMVM IN IURISDICTIONE
EST, FECIT. Vt roris modo legatur hic locus,
bene cohæredit cum ijs quæ sequuntur, nul-
lumque suberit ~~ανταπόλοτος~~: quod certè subes-
se uidetur in recepta lectione, quamquam tunc
eadem sententia sit. Si quis in ius uocatus non
uenit, prima hæc quædam est contumacia: de cu-
ius coercitione sequentibus titulis agitur. Sed si
præterea non paret ille Prætor in possessionem
mittenti aduersarium, & hoc mixtu imperium
quantum potest infringit: iam certè grauior est,
& summa contumacia, quæ hoc editio coerce-
tur. Hoc unum Prætor ad tuendam iurisdictionem
reliquum habet, & extremū, ut quia in ius
uocatus non uenit, rem ipsam capi & auferri, ut
possideatur, iubeat: quod mixti imperij esse dici-
tur. Si quis ne illud quidem patiatur, iam certè
uidetur non obtemperasse ius dicenti, cum prius
magis uideretur aduersario uocanti nō paruisse.
Contumaciam autem eoru qui ius dicenti non
obtemperant, litis damno coereri, Hermogenia
nus libro primo ~~τίποτεν τιτρούσσει~~ scripsit, inf. De re iu-
dic. 53. sicuti hic Vlpianus libro primo ad Edi-
ctum ait, poenali iudicio coereri, ut condemne-
tur

tur non quanti interest aduersarij, sed quanti res
est de qua agitur. Olim etiā multæ hic locus fuit.
Nota est lex illa Ciceronis: MAGISTRATVS NEC
OBEDIENTEM CIVEM , MVLTA , VERBERIBVS ,
VINCVLIS' QVE COERCENTO.

Ad Tit. IIII. De ius uocando.

C A P. II.

Neque ceteros Magistratus, qui imperium habent.) Varro, quo melior nullus rerum Romanarum interpres est, interpretatur, hos magistratus esse qui uocationem habent, aut prehensionem. Verba Varronis ex libro 21. rerum humanarum, Gellius lib. 13. cap. 13 hæc recitat: Qui potestatem neque uocationis populi uiritim habent, neque prehensionis, eos magistratus à priuato in ius quo que uocari est potestas. Addit Gellius, Varonem eodem libro scripsisse, olim quoque Aedilem curulem in ius ad Prætorem fuisse eductum. Sed neque Quæstorem habere uocationem, aut prehensionem. Ac ex eo quidem Varronis loco sese respondisse & obtinuisse, Quæstorem in ius ad Prætorem uocari posse. Sed & eum fuisse minorem magistratum, intelligi potest ex codē Gellio, cap. sequenti. Minores autem magistratus, in ipso etiam magistratu posse conueniri, scripsit idem Vlpianus: alij licet sine fraude in ius uocari non possint, quamdiu sunt in magistratu.inf. De iniur. 32. Huc quoque pertinet Græcum Adriani rescriptum, inf. De iudic. 48.

Nec Pontificem dum sacra facit, nec eos qui propter loci religionem inde se mouere non possunt.) Tam casta teneraque res est religio, nihil ut ferendum sit,

H h quod

quod eam delibet. Itaque cùm omnis superstitionis, quæ eam cum imitari uideatur, uiolat tamen, repellenda sit: tum uero, ne publicæ alicuius legis auctoritate confirmetur, cauendum est. Tribuatur hoc sanè religioni uerae, ut eius minister, cum sacris publicè operam dat, nō abducatur in ius. Sed qui nam alioqui sunt illi, qui propter loci religionem, loco se mouere non possunt? An illi, quorum absentiam excusare dicitur religio, quæ eos moratur? inf. De fideicom. libert. 36.
 Quorū Tribonianus hæc uestigia Romanæ superstitionis imprimis his legibus, quas Reipub. Christianæ dictat? Sic paulo post prohibetur in ius uocari, non solum qui funus ducit, sed & qui iusta mortuo facit. At qui hæc siebant nouē diebus, non sine maxima profecto religionis uerae iniuria. An tales ferias Denicales Iustinianus Christianis hic obtrudit? Certè non multū abest ab ea superstitione, quod ipse etiam Nou. cōstit. statuit, totidem diebus mortuis parentandum esse.

C A P. V III.

Plerique Juliani sententiam probant.) Nempe, ut saltem in proposito locum habeat: & reuerentia, qua pater alioqui est indignus, eius tamē liberis præstetur. Sed si queratur de iure patronatus, ex quo dependet ius successionis: Paulus Celsi sententiam magis probare uidetur, inf. De iure patro. 15. ut cum illud amittat, qui cœlibatus iufirandum exegit, ad liberos suos non transmittat. Hæc autem causa, propter quam ius patronatus amittitur, magis explicatur inf. De iure patro. 6. Qui & à quib. 31.

C A P.

Qui manus iniectionem exceptit.) Hoc est, Qui ea
lege uendiderat, ut si prostitueretur, uel contra
conuentionem aliquid ab emptore fieret, ancil-
lam suo iure reciperet. Vide inf. De seru. export.
9. Quintilianus lib. 8. cap. 8. commemorat uete-
rem hanc legem: Patri in filium, patrono in liber-
tum, manus iniectione esto. Sed & XII Tabulae me-
minernint iniectionis manus, quae creditori da-
batur in debitorem damnatum, nec iudicato fa-
tis facientem.

Ad peregrinitatem redactus.) Nempe, si amise-
fit ius ciuitatis, ueluti deportatione. Sic enim de-
portati dicebantur ~~etiam~~, inf. De legatis libro
tertio, 1. Sed et si Romæ maneret, tamen si ciuis
esse desierat, siebat peregrinus. Peregrino autem
honores & iura ciuium non competitabant. Iu-
ris Ciuilis erat ius patronatus, sicuti & patria
potestas.

Hic locus ostendit, quid sit, quod prohibeat
Prætor parentem patronum uel in ius uocari sine
uenia: nempe si ita uocetur, ut etiam ducere non
seuentem, & inuitum tanquam obtorto collo
trahere uelit, qui uocat. Talis enim tunc erat mos
huius uocationis: superbus profecto, & cōtume-
liosus, si eo temere utatur in patrem filius, uel in
patronum libertus. At si ciuilis uerecundiusque
ageretur de patre, patrono uel in ius uocado, hoc
edictum locū non haberet. Quid igitur? Certè Iu-
stiniani temporibus non ea erat, quæ olim Ro-
mæ fuerat, uocatio, ductioque Honestius & mo-
destius publica auctoritate mittebantur uiato-

res, qui in ius uocarent. Itaque uidetur tunc cel-
fasse hoc Edictum. Quorsum igitur Tribonianus
illud ingerit, si leges alias edere non instituit,
quām quibus Resp. tunc utebatur.

C A P. XVIII. XIX. XX. XXI.

Vetus lex fuit XII Tab. IN IUS VOCATVS
VR EAT, VEL DVCATVR. Eadem tamen lex ra-
tionem eorum habebat, qui morbo sōntico tene-
rentur. Nunc Caius scribens ad legem XII Tab.
addit, ijs quoque parcendum esse, qui domi suæ
sunt: neque, ut quis in ius uocetur, domum ali-
cuius ui introire licere: multoq; minus quen-
quam ex domo sua educi aut extrahi posse, Pau-
lus nunc adiicit, & est inter regulas iuris antiqui
relatum, inf. De diuer. reg. Iur. 103. Sanè Quinti-
Jianus lib. 8. cap. 9. significat, legem aliquam Ro-
fuisse, EX DOMO IN IUS EDVCERE NE LICE-
RET. Ait autem, quæsitum fuisse, an ex taberna-
culis liceret. Verùm huic quæstioni facilè respon-
deri potest ex ijs, quæ Caius hīc tradit. Cicero
quoq; in Vatin. eleganter ostendit, quām non li-
ceret quenquam ex domo sua auellere. Et ut Ca-
ius noster hīc scribit, domum esse cuique tutissi-
mum refugium atq; receptaculum: sic etiam in
Orat. pro Domo sua, ait Cicero, nihil esse sanctius,
nihilque omni genere mūnitius. Videtur autem
uterque id repetijsse ex Xenophonte, cuius lib.
7. παιδ. uerba sunt hæc: οὐδὲ δοτέρερον χωρίου εἰν αὐθε-
νοις, οὐδὲ οὐδιερ, οὐδὲ οἰνειότερον εἴγινον οῖδις.

C A P. XXII.

Neque impuberes puellas.) Quidam legunt, NE-
QVE IMPUBERES, NEQVE PVELLAS. Sed nihil
muto: quò magis intelligatur, quid hīc singulari-
ter

ter tributum sit impuberibus puellis, cùm propter ætatem, tum uero etiam propter ipsius sexus pudorem: nempe, ut si qua sit aduersus eas affectio, pater potius, in cuius sunt potestate, de peculio conueniatur. Quod ad mares impuberis attinget, Vlpianus sup. 4. dixit, si infantes sint, in ius non vocari. Cæterum cum impuberibus agilio qui nonnunquam posse, constat. inf. De furt. 23. 24.

Ad Tit. v. vi & vii.

Hic in Edicto perpetuo fuisse uidetur ordo Titularū, quem & res ipsa postulat, ut primum de ius uocando quæreretur. Deinde sequeretur, IN IUS VOCATI UT EANT, AVT SATISDENT. Postremò, SI QVIS IN IUS VOCATVS NON IERIT, &c. Sed & Caius, inf. De uerb. sig. 48. allegat ex Edicto Prætoris urbani hunc Titulum, QVINEQVE SEQVANTVR, NEQVE DVCANTVR. Iubebat quidem lex xii Tab. In ius uocati ut irent, aut ducerentur. Sed Prætor quibusdam pepercit, ut et si uocati non sequerentur, hoc est, in ius statim non irent, nō tamen ducerentur aut traherentur: ueluti si satisfarent iudicio fisti. Et uero qui in ius uocabat, ultrò solebat tales satisfactionem, qua contentus interea esset, exigere. Quem enim quis in ius uocabat, uadari etiam solebat: hoc est, uades siue fideiussores iudicio fisti, ab eo postulabat. Si darentur, in ius uocatus non ducebatur. Si non darentur, certè duci solebat. Vt autem lex Iulia de uil locum habebat, si cœtum aliquis & concursum fecisse diceretur, quo minus quis in ius produceretur,

inf. Ad leg. Iul. de ui priu. 4. sic & Prætor edixit, ne quis eum qui in ius uocaretur & duceretur, ui eximeret. Alioqui pœnali iudicio teneretur, quanti res est quæ petitur: sicuti & is, qui ius dicenti non obtemperat. Sed uocatum esse optet in ius, hoc est ad Prætorem, uel eum qui iurisdictioni præest. Huius enim demū maiestas hic uindicatur. Si quis ad pedaneum iudicem uocaretur, hoc editum cessaret. Sed locus esse posset alteri edito, De eo per quem factum erit, quo minus quis se iudicio sistat. Ex quo quidem edito non tam est pœnalis actio, quam ad id quod interest. inf. De eo per quem, &c. 3.

Ad Tit. v i i i. Qui satis dare cogantur.

C A P. I.

Ta cavit.) Propriè & eleganter dicitur hic, sibi ab alio cauisse satis accipiendo. Sæpius tamen simpliciter cauero dicitur, qui alteri cauet satis dando, uel promittendo. Præterea est obseruandum, quod hic dicitur de uerbo satisfaciendi & satisdandi, non tam esse perpetuum, quin interdum alterum pro altero accipiatur. Satisfaciendi uerbum patet latius, non enim solam satisfaciendum, qua creditor contentus est: sed, & multo magis, acceptilationem continet. Verum Iurisconsulti interdum satisdare dicunt pro satisfacere. Ceterum est, legem & conditionem hypothecæ finienda hac esse, si pecunia soluta sit, aut eo nomine satisfactum. Iurisconsulti tamen pro SATISFACTVM, dicunt, SATISDATVM. inf. De solut. 49. Pro haered. 2. Certè datione fideiussoris non finitur hypotheca, inf. De pig. act. 10. Quib, mod. pig. uel

uel hyp. sol. 6. 6. 1. Sed in Commentario de pigno
ribus, id latius exposui.

C A P. I I.

Fideiussor locuples.) In lege xii Tab. est, v i N-
DEX A S S I D U V S. Caius scribēs ad legem xii Ta-
bularum, locupletem esse interpretatur, qui satis
& idoneē habet, pro magnitudine rei, quam a-
ctor restitui petit. inf. De uerb. signif. 214. 6. 1. Sa-
nē Paulus sup. in Ius uoc. ut eant, uel satisfd. 1. ait,
Edicto caueri, ut fideiussor iudicio fistendi causa
pro rei qualitate locuples detur. Nunc etiam Vi-
opianus interpretatur, quomodo uideri debeat lo-
cuples. Paulus eodē loco addit: Exceptis neces-
sarijs personis, ibi enim qualem cunque accipi iu-
bet. Nunc uerè Vlpianus hanc quoque eius e-
dicti partem, eiusque uerba proponit. & ibi, hoc
est, cum in ius uocantur necessariæ personæ, Pr̄
tor ait qualem cunque fideiussorem accipi. Sic ha-
betur hic ratio qualitatis & rei, de qua agitur, &c
ipsius rei personæ quæ in ius uocatur. Qualem-
cunque autem dicit Pr̄tor, ut lex xii Tab. q. vi-
vis voleat. Non quamlibet iniuriam paulo
post uocat Caius, quæ parua aut uulgaris nō est.

Et ex feminino sexu descendentes.) Frequens est il-
lud quidem, ut liberi dicantur etiam ex filia ne-
potes, qui non sunt in potestate. inf. De pollicit.
15. De uerb. sig. 56. Sed cum liberos suos dicimus,
sæpius alioqui solemus suos hæredes intellige-
re. Est ergo hic locus, quia singularis est, obler-
uandus.

*Et melius est, ut in ueram quantitatem fideiussor tenea-
tur.*) Hoc est, in id quod uerè debetur, siue, quan-
tum reuera debetur auctori. Vlpianus paulo antè

dixit simpliciter VERITATEM. Idem alio loco, his editi uerbis QVANTI EA RES ERIT, nō pœnam, sed ueritatem contineri dixit, inf. Quod falso. 7. §. 1. In causa criminali uades, qui reum non exhibent, pro quo interuenerunt, certe pœnam saltem aliquam pecuniariam pendunt; si in dolo sint, etiam extra ordinem puniuntur. inf. de custod. reor. 4. Sed ubi de re familiari ciuiliter agitur, qui promittit alium sistere, hoc ad summum promittere uiderur, si illum non sistat, præstare quod debetur. Quanquam in primis semper consideranda sit conceptio uadimonij deserti.

C A P. V.

Pro condemnato.) Alij legunt, PRO NON CONDEMNATO. Eaque lectio magis uidetur huius loci & tituli, & cum his quæ sequuntur magis conuenit. Certè deportatum aut mortuum sistere nemo fideiubet. Itaque qui pro condemnato fideiuberet, magis uidetur ciuiliter fideiubere, iudicatum solui.

C A P. IX & X.

Arbiter dici solet is, in quem compromissum est. Interdum etiam iudex à Prætore datus. Hic uero, sicuti & inf. de minorib. 7. §. 2. & De iudic. 82. arbiter quoque dicitur, qui ad unam modò aliquam rem inquirendam & cognoscendam, magis quam ad causam, de qua agitur, iudicandam datur: ueluti ad fideiussores probados. Sed quia fideiussores probando uel improbando non minus laedere aliquem possunt, quam si sententiam de re principaliter ferrent: ab his arbitris, ut à iudicibus datis appellari potest.

Qui ex causa improbat, &c.) Alias hic locus non minus

minus commode legitur, sublata interpunctio-
ne: ut hoc relatum ad superius uerbum re-
feratur, nempe ad iudicem competentem, qui ap-
pellatus uel improbare possit, quos arbiter pro-
bauit: uel probare, quos is improbauit. nepe hoc
modo, CVM POTVERIT QVERELAM AD COM-
PETENTEM IUDICEM DEFERRE, Q.VI EX CAU-
SA IMPROBAT, &c. Constat sanè, interpunctio-
nes esse librariorum magis quam auctoris nostri,
proptercaque nos ijs non teneri.

Ad Tit. i x. Si ex noxali causa agatur,

C A P. IIII.

Nec auditur, si pro parte paratus sit defendere.) Nā
etsi noxe estimatio sit pecuniaria, quæ qui-
dem natura sua diuisionem recipiat, ut pro par-
te recte solui darique posse uideatur: quia tamen
hæc diuisio fieri nō posset sine aliquo actoris in-
commodo, si forte pro altera parte contingeret
noxæ deditio, indiuisa esse & hæc & illa iudica-
tur. De obligationibus earatione indiuisis, dixi
ad Paulum, De uerb. obli. 2.

C A P. V.

Quia aliter de seruo, &c.) Semper quidem inspi-
cimus conditionem hominis, quæ fuit cùm de-
liquit, ubi de pœna quæritur, & sententia de sup-
plicio ferenda est: inf. De pœn. i. Neque sanè sti-
pulatoris hic interest, quæ tandem pœna sumat-
ur. Verū mutatio status, mutat formam capi-
talis iudicij: & huius est difficilior ratio, ubi liber
homo est reus, quam si seruus mansisset. Hic er-
go uerbum Aliter, magis ad iudicij formā, quam
ad pœnæ genus refertur.

*Ad Tit. x. De eo, per quem factum
erit, quo minus quis in iu-
dicio sistat.*

C A P. I.

A Liter atque si ab alio sit impeditus.) Vlpianus & Paulus inf. Si quis caut. 2. & 3. aiunt, exceptione defendi eū, qui cū in iudiciū uenire uolebat, à magistratu retētus est. Sed si à priuato sit retētus, dari aduersus eum actionē in id quodān terest. Hic igitur à priuato fuerat impeditus, qui cum propterea non excusat, quin actori teneatur, habet aduersus impedientem, suā actionem, si fortè pœna propterea commissa sit, aut causa cederit, aut aliter sua interesse probet. Quo profectò iudicio castigari merebatur Caligula Imp. quem Suetonius ait comprehendisse meritoria hincula: adeò ut plerique litigatorum, quād occurere ad uadimonium non possent, causa caderent.

C A P. III.

Restitutoriam actionem.) Sic appellatur, quia cū tempore alioqui periret, restituitur. Sic & actio perempta restituitur, sup. Si ex noxa. cau. 2. Et ex edicto De dolo, uel Quod metus causa, actio, quæ summo iure perierat, extraordinario beneficio restituitur: proptereaq; & Restitutoria dicitur. Sed & Rescissoria appellatur, quæ restituebatur, rescisso & summoto eo quod obstatre alioqui uidebatur. inf. Ex quib. cau. ma. 28. §.

5. Ad Vell. 8. 6. 5.

Ad

*Ad Tit. x 1. Si quis cautionibus in iudi-
cio sistendi causa factis non
obtemperauerit.*

C A P. II.

C'Vm actor reum uadabatur, cōcipi solebat uadimonium, siue stipulatio, qua & reus actori stipulanti promittebat certam pœnam, si se non sisteret, sicuti conuenerat: & ipse quoque uas siue fideiussor, si reum non stitisset. Erat certe & legitima quædam pœna deserti uadimonij, et si non interuenisset stipulatio pœnalis. Nam & infamia desertor notabatur, ut Cicero pro Quin. indicat: & causa cadebat, ut significat Suetonius in Calig. & eius bona possidebantur, tādemque etiam distrahebātur, ut etiā apparet inf. ex quib. cau. in poss. eat. Sed sæpius ita concipiebatur uadimonium, ut si desereretur, certa pœna stipulatione comprehendenderetur: ad eiusque concipiendam formulam, Iurisperiti adhibebantur, ut Cicero loquens de Trebatio notat. Nunc uero Vlpianus, ecquādo ea stipulatio committatur, prōlixè docet. Ut autem dicebatur desertum uadimonium, cum quis se non sisteret: sic postea si iudicium iam acceptum cœptumq; desereret, propriè dicebatur Eremodicium Græco uerbo, quo & nostri utuntur: & eius desertionis pœnam legitimam fuisse significant, damnum ipsius litis, nisi si ex causa detur restitutio, & de fertæ litis instauratio. inf. De minorib. 7. §. 8. l. 1. C. ex quibus cau. maio.

Sed hoc ita, si non prius.) Ita quidem legitur in libro

bro Florent. Sed manifestum mendum est. Re-
etius in alijs libris, si MODO PRIVS. Quod non
admonerē, nisi si multi stulte libri Florentini er-
rata etiam adorarent.

Diffissum.) Quidam legūt DIFFVSVM. Sed dif-
findere diem, pro differre, Veteres dixerunt. Vi-
de nostros Commentarios ad xii. Tab. ubi etiam
legem, quæ hic laudatur, fusius expono.

C A P. IIII.

Fideiussoribus eius esse necessariam.) Eis autem hęc
datur, quod deportatio impedit, quo minus
reus sisti potuerit. Certè fideiussoribus ea libera
tionem minimè tribuit: neq; alias exceptiones
nouas, quæ reo propter hanc status mutationē
competunt, communicat. I. i. C. de fideiussorib.
Sed non facit etiam deteriorem fideiussorū con-
ditionem, et si meliorem non facit.

Deserta.) Quidam legendum putat DISERTA,
hoc est, specialiter expressa. Sed nihil hic muto.
Vt deserere uadimonium, sic promissionem iudi
cio sisti deserere dicimur, sup. Qui satisd. cog. Hu
iusque desertionis fit etiam mentio capite seq.

C A P. VIII. & IX.

Duo ueluti singularia iura hic traduntur cau-
tionis iudicio sisti, quia Prætoria sit stipulatio.
Mora semel cōmissa, propter quam & pœna com-
missa est, non temerē potest purgari, ut pœnæ Jo-
cūs esse definat. inf. De recep. qui arbit. 23. De si-
deic. lib. 41. §. 11. De oblig. & act. 23. Sed benignius
hic agit Prætor, & cum reuera non intersit acto-
ris, quasi re adhuc integra patitur moram emen-
dari, ut pœna summo alioqui iure commissa, nul-
la fit. Deinde cum ea uis sit conditionis indivi-
sæ,

ſæ, ut si qui res plures cōiunctim promisit, uel in una ſola defecerit, pœnam in ſolidum commit-tat, inf. De reb. dub. 13. §. 2. tamen Prætor hic condi-tionē ſcindit: ut ſi plures firſtē promiferim uno ſtato, & altero non ſtato, non niſi pro parte pœ-nam exoluam. Et ſanè ſcindi etiam conditio ſo-let, non ſolum ſi pluribus personis aſcripta fit, li-cer res ſit eadem: ſed etiam ſi fuerit rerum pluriū, licet ſit una oratio. inf. De uerb. oblig. 140. Quod quia singulariter hic obſeruandū eſt, obiter breuiterque noto. Longiorem ea de re diſputationem repeteret lector potest ex noſtro de-conditionibus Commentario.

Ad Tit. x i i. Deferijs & Dilationibus.

C A P. I.

(*Oratione Diui Marci.*) Capitolinus ſcribit, Mar-cum Antoninum Philosophum Imp. Fastis dies iudicarios addidilſe, ita ut ducetos triginta dies annuos rebus agendis litibusq; diſceptandis cō-ſtitueret. Hinc colligere licet, hunc Diuum Mar-cum eadem oratione dies feriatos centum & tri-ginta ſex reliquife. Ipſe Vlpianus inf. Ex quib. cau. maio. 26. §. 5. notat, alias fuifſe ferias ſolēnes & anniuerſarias, alias repentinaſ & extra ordinē indictaſ. Hic uero in primis, menſium uindemia riſque tempūs non fuifſe iudicarium, ex con-ſtitutione Diui Marci, ait. Sanè & Suetonius nar-rat, Auguſtū ſtatuiſſe, ne Septembri, Octobri' ue-mene necesse eſſet in Senatum uenire.

C A P. V.

(*Pridie Calendas Ianuarias.*) Hic tamen dies, qui ultimus erat ipsius Decembris, uidetur olim Co-mitialis

mitialis fuisse, ut ex Calendario Ro. apparet. Ergo & Fastus dies erat. Sed Vlpiani ætate fuit potius nefastus. Quod ad Calendas Ianuarias attinet, nō licebat olim Romæ cuiquā eo die feriari, ut Ouidius lib. i. Fast. scribit. Alias uero omnes Calendas fuisse feriatas, scribit Macrobius.

C A P. VIII.

More Romano dies à media nocte incipit.) Diem intelligit non naturalem, sed ciuilem, ut appellabatur. Moris autem Romani, cuius hic mentio fit, memoriam maiore repetere licet ex Gellio, lib. 3. cap. 2. Vestigia in his Pádectis alia superesse nō uidentur. Sed cum hic dies ciuilis dicitur esse horarum xxxiiii, meminerimus, diē naturalem, qui lucis tátum erat, fuisse horarum semper xii: quæ modò contrahebantur, modò producebantur, pro ratione ipsius lucis: isque dies ortu occa suque solis concludebatur. Sic in Pandectis sæpe legimus sextam horam diei, cum meridies significatur: & sextam horam noctis, cum media nox. inf. De annu. lega. 2. De oper. libert. 3. De usurpat. 7. De libe. & posthu. 25. De manumi. 1. De testa. 5. De uerb. fig. 2. Sed quando dies naturalis, quando ciuilis intelligitur, ubi diei fit mentio? Certe cum diē simpliciter & singulariter dicimus, magis intelligitur dies naturalis. Sed cùm dies plures numeramus, ciuiles magis intelligimus. Certe iudicatus olim est impudens calumniator, qui pactus certorum dierum inducias, noctu populabatur agros: quasi dierum, non autem noctiū inducias essent, ut Cicero narrat.

C A P. IX.

Custodiarum quoque cognitionem.) Sed & Cicero pro

pro Cælio scribit, legem Romæ fuisse, quæ de se
ditiosis consceleratis que ciuibus, qui armati Se-
natū obsederint, Magistratibus uim attulerint,
Remp. oppugnarint, quotidie quæri iubebat: ut
etiam diebus festis ludisque publicis, omnibus
forensibus negotijs intermissis, hoc iudicium
exerceretur.

C A P. X.

In capitalibus autem.) Antiquas leges Romanas
de harum causarum cōperendinatione & amplia-
tione, ex Ciceronis Verrina 3. repeteret licet. Idē
pro Cecinna significat, s̄epius eas causas amplia-
tas fuisse, non modò si non liqueret, sed & cum
reus alioqui perclitabatur. Idem De claris orat.
meminit cuiusdam cause, tribus ampliationibus
ampliatæ. Valerius Max. commemorat, quan-
dam Repetundarū actionem septies ampliatam.
Tām certè poterat Tribonianus antiquitates il-
las huc referre, quām quæ ex Paulo uel Vlpiano
nunc describit.

Ad Tit. xiiii. De edendo.

C A P. I.

*E*am edere debet.) Fuisse in edicto perpetuo ca-
put aliquod de actione edenda, quæ specie
futuræ litis demonstraret, deq; eius tamē emen-
dandæ potestate, intelligi potest ex l.3. C. De edē.
Cicero Verr. 4. accusans iniquitatem iudiciorū
Verrinorum, scribit, Apronium quendam in Iu-
re apud Verrem Prætorem, Agyrinenibus in ius
uocatis, dixisse tantum, contra edictum Prætoris
eos fecisse. Hos quæsiuisse, quid? Illum respon-
disse, se ad Recuperatores esse dicturum. Quæsi-
uisse

uiisse illos rursus, Quæ in uerba Recuperatores daret Verres? Verrem respondisse, Si patéret aduersus edictum fecisse: quæ in iudicio dicturum esse dicebat Apronius. Hic exclamat Cicero, ini quisimæ esse hæc uerba. Nam & quantum Apri nius edidisset deberi, tantum ex edito dandum fuisse. Hæc certè editio iusta non erat, quæ spe ciam & qualitatem actionis nō exprimebat. Erat & iniusta formula Prætoris in Iure iubentis tan tum dari, quantum in iudicio peteretur: sicuti & cum Verres edicebat, ut quod Decumanus edi disset sibi dari oportere, id ab aratore Magistratus Siculus exigeret. Certè præpostera erat ea editio, quæ nihil aliud erat quàm iudicialis petitio.

Qui producat aduersarium suum ad album.) Planus erat hic locus, qui significat satis eum edere, qui aduersario formulā in albo Prætoris descriptam ostendit, qua uti uelit. Sed quidam huius ætatis docti, & magnè alioqui auctoritatis uiri tenebras offuderunt, cum aduersarium hic accipi docuerunt, perinde atque si scriptū esset, *AD VERSARIA.* quæ tabulæ priuatæ sunt. At quid hæc cum al bo? Deinde proferri, non autem produci dicerentur, ut & alij annotarūt. Postremò, nō tam ad editionem actionis, quàm rationum, de quibus pa uio pōst quæritur, hoc pertineret. Politianus sua ætate in omnibus, qui circumferebantur, libris, locum hunc corruptum fuisse scribit, & pro *AD ALBUM*, mendosè habuisse, *AD ALIVM*. Mirum uero, quod albi Prætorij mentionem factam esse sup. De iurisd. 7. uulgo non meminerant.

Editiones sine die, &c.) Hoc propriè ad editionē instrumentorum pertinet: cùm scilicet edit actor instrumenta

instrumenta non probationis causa, sed quo magis reus deliberare commode possit, cedere a contedere debeat. inf. Quemadmod. testam ent. aper. 2. §. 4.

C A P. II.

Non iubet Prætor uerba testamenti edere.) Nempe cum de probatione nondum quæritur. Alioqui negante hærede esse relictum quod petitur, iubeatur legatarius edere scripturam testamenti, differtē adh̄rmantis esse legatum, etiam si tantum cauierī sibi postularet. inf. *Vt legat.* nom. cau. 5. 6. 2. Sanè cum editio de instrumentis edendis, recte hic coniungeretur editum de tabulis exhibendis: ex quo etiam iudicium dabatur, si reus tabulas se habere negaret, aut eas edere recusaret. Qui si habere se testamenti tabulas fateretur, neque cur eas non exhiberet, iustum causam obtenderet, statim per Prætorem in iure iubebatur, compellabaturque exhibere. inf. Quemadmod. testam ent. aper. 2. §. ulti.

C A P. IIII.

Prætor ait.) *Vt edixit Prætor de editione priuatarum rationum, sic, & multo magis, de argenteriorum rationibus edendis edixit. Moris olim erat Romæ, ut quisq; paterfa. priuatim sibi conficeret tabulas accepti & expensi. solebantq; Censores ex ijs bonis cuiusque aestimare: proptereaq; & eas sibi edi postulabant. Sed aduersus aliū nullius erant fidei, neque ad probationem aut alterius obligationem ualebant: ideoq; de earum editione non temerè quærebatur, ut ostendit Cicero pro Q. Roscio. Sed argenteriorum scriptura (quæ & Mensæ scriptura appellabatur, & Perscri*

ii ptio)

ptio) fidem publicè faciebat: atque adeò non minus quām stipulatio ad obligationem astringendam pertinebat. Cicero ad Att. meminit pactiōnis, non uerbis, sed nominibus & perscriptionibus factæ. Et noster Pomponius, inf. de ann. lega. 1. Si (inquit) ex stipulatu, aut nomine facto petatur. Apud Gellium lib. 14. cap. 2. expensi latiōnem cum mensē rationibus cōiunctam legimus, cum de pecuniāe debitāe probatione quæritur. Erant autem argētarij Romæ, qui quod in foro Romano fiebat, ubi & suas tabernas suamq; men sam habebant, scribebant, testabantur, confignabant. si qua esset conuentio, uel auctio, uel simile aliquid: alienatmque etiam pecuniam exercebat, atque ita pro alijs tabulas accepti & expensi conficiebant. Illud uerò singulare est, quod Quintilianus lib. 5. cap. 10. scribit, latam aliquādo legem fuisse, ut Argentarij dimidium ex eo quod debebant, soluerent: creditum uerò suum in solidum exigerent. Qualis erat Argentariorum conditio temporibus Iustiniani, intelligi potest ex eius Nou. constit. 136. Quæ nunc sequuntur de pactis & transactionibus, magis profecto perpetui iuriis sunt, quām superiora illa omnia haec tenus abs Triboniano collecta: quæ certè uix descripsisset Tribonianus, si quod Iustinianus mandarat, diligenter obseruasset.

Ad Tit. xiiii. De pactis.

C A P. I.

Pactum autem à pactione.) Pacio fuit antiquis, quæ nunc pactio, ut ait Festus: qui etiam refert Capitonem putasse, dictam esse pacem, à pactiōnis

tionis conditione. Idque Vlpianus hic secutus uidetur. Apud Ciceronem in Philip. est pactio pa-
tis. In xii Tab. dixi de antiquo uerbo **P A C O.**
Cum hic subiicit Vlpianus, generale esse uerbum
conventionis: admonendi tamen sumus, specia-
liter dici saepius de nuda conventione: sicuti &
pactum, uel pactum conuentum, uel cōuentum,
ubi contractus non est. Apud Paulum lib. i. Sen-
tent. hic titulus concipitur, De pactis & conuen-
tis. Sed quid est, quod hic Vlpianus præfatur, edi-
cti Prætorij æquitatem naturalem esse? An quia
etiam non sit ciuilis, ut inf. Si quis testam. liber
esse iuss. i. ut intelligamus, non accedere necessi-
tatem Iuris Ciuilis: et si fidei conueniat pacta ser-
uare. Vlpianus tamen alibi hac fidei non fallen-
dæ sola ratione utitur ad obligationem constrin-
gendam. inf. De constit. pec. i. De act. empt. 2.

In pign.) Pignus hic uocat conventionē hy-
pothecariam, quæ solo pacto nudoque consensu
constat. Sed quia de pignoribus & hypothecis
nunc commentarium meum edidi, inde lector
repetat, quod hic desiderat: sicuti & quod perti-
net infrā ad cap. 4. De hypotheca tacita, quæ loca-
toribus obligantur bona inquilinorum.

Stipulationem.) Hec tamen cōuentio nuda non
est, neque solo consensu constat. Sed neque una
aliqua certa tantum species conventionis est. Est
potius quædam aliorum omnium obligationum
accessio & appendix, inf. 7. §. 5.

C A P. IIII.

Conditionem inesse stipulationi.) De conditionib.
quæ tacitæ dicuntur, & inesse intelliguntur, la-
te dixi in Comment. de conditionib. Illud nūc

soluti dicam, stipulationem hic appellari, quæ de more adiiciebatur principali conuentioni. Licet autem huius conditiones in illa expressim repetitæ nō essent: tamen pro repetitis habebātur. Sic enim & alibi eleganter Paulus ait, quæ præfationibus conueniente concipiuntur, etiam in stipulationibus repetita uideri. inf. De uerborum obligat. 134. §. 1.

C A P. V.

Publica conuentio.) Hęc dici saepius solet, fœdus. Ac fœderum quidem genera tria commemorat Liuius: eoque etiam pertinet, quod dicitur inf. De capit. 7. De iure fœderum, ut & pacis & belli, olim consulebatur collegium Fœcialium, potius quam aliquis ordo Prudentum: eiusque iuris peritiam in Pompeio laudat Cicero pro Corn. Balbo. Posset autem aliqua eius imperitia hic in Vl piano fortè notari, quia uideatur potestatem publicæ conuentionis tribuere ducibus belli: cùm iniussu Populi Rom. nulla olim potuerit à ducibus pactio sponsio ne fieri, quæ quidem publicè rata esset, ut ostendit Liuius lib. 9. & lib. 42. Sed Vlpianus de ducibus hic loquitur, qui Principes erant, uel quibus Princeps ipse mandatum derat paciscendi.

C A P. VII.

Hoc cūwāλayuā esse, & hinc nasci ciuilē obligationē.) *cūwāλayuā* propriè significat quandam rerum cōmutationem, ubi ultrò citroq; aliquid datur aut fit. Si unus tantum alteri dederit, dicitur etiam a pud Iurisconsultos *cūwāλayuā*: ut hoc loco. Inde autem nascitur obligatio, qua alter tenetur. Hęc tamen non est alijs obligationibus similis, neq; reum

reum tam arctè constringit. Si enim, postquā dedi
sicuti conuenerat, tu non des: non agam præcisè
ut des, sed tantum condicam quod dedi, uel pe-
tam quod mea interest. Quod latius explicabi-
tur inf. De præscrip. uerb. Sanè Labeo etiam no-
tat inf. De uerb. sign. 19. οὐώνακας dici contra-
stum, ex quo obligatio ultro citroque nascitur,
etiam si res adhuc nulla interuenerit, sed sola cō-
uentio: ut in uenditione & locatione. Sic itaque
οὐώνακας esse dicetur tam in conuentionib. no-
minatis, quām innominatis, sed diuersa ratione.

Iulianus scribit.) Si ita scripsit Iulianus, & in pro-
posito Prætoriam, non autem ciuilem actionem
dari sensit: meritò reprehēsus hoc loco est. Atqui
Paulus alibi eum laudat, quod restè & distinctè
in hac specie dixerit, aut in factū ciuilem, aut de
dolo actionem dari, inf. De præf. uerb. 5. 5. 1. Opor-
tet itaque aut alio loco apertius scripsisse Iulia-
num, quod hic obscurius dixerat: aut benignius
à Paulo, quām hic à Mauriciano, acceptum esse.

Si ob maleficium, ne fiat.) Alij legunt, vt FIAT.
que lectio minus habet dubitationis. Verū et si
quid promissum sit, ne fiat maleficium: promis-
sio quoque nulla est: quia turpis esset ex hac cau-
sa petitio. Debet enim quis maleficio abstinere,
et si nihil hoc nomine detur.

Idem responsum scio à Papiniano.) Extat hoc adhuc
Papiniani responsum, inf. De contrah. empt. 72.
eiusque collatio plurimum potest totam hanc di-
sputationem illustrare: & utramque eius distin-
ctionem, nempe de pastis quæ contractibus adji-
ciuntur uel in continenti, uel ex intervallo, cum
tantum pertinent ad contractuum adminicula-

& accessiones, ueluti ad euictionis causam in emptione & uenditione: itemq; ad pacta, quæ sunt ex eodem contractu, hoc est pertinent ad eius naturam & substantiam, adiiciunturque uel re adhuc integra, uel cum amplius integra non est. Id enim adhuc queritur, et si ex interuallo illa adiiciantur.

Exceptiones postea factæ.) Iat. Cuiacius acutè coniicit, primùm hic à librario scriptum esse inuenis aliquot literis & syllabis, **EXCEPTIONES:** quod deinde quidā mutarint in **EXCEPTIONES,** cùm potius corrigendum fuerit & scribendum, **DEPECTIONES,** hoc est, **Pactiones.** Sanè **Vlpianus** inf. De calumniat. 3. **Depectus** (inquit) dicitur, turpiter pactus. Sed in **edicto de calumniatorib.** id ita dicitur. Alias uero depacisci etiam, pro simpliciter pacisci, dicitur. De **pactiōibus autem,** non de exceptionibus hic queri, & res ipsa significat: & illud, **POSTEA FACTAE.** Certè **pactiones,** non autem **exceptiones,** fieri dicuntur. Item illud, **QVAS EX EODEM CONTRACTV SVNT.** quod opponitur superiori huic speciei, si ex interuallo aliqd extra natvram contractus conveniat.

Queneq; dolomalo, &c.) Cicero lib. 3. Offic. ait Prætores dicere solere, **PACTA QVAS NEC VI** nec **DOLO MALO FACTA SVNT.** Sed dolus uim quoque complecti potest.

Non minus ex uerbis, quam ex mente.) Hysterologia est: p, NON MINVS EX MENTE QVAM EX VERBIS. uel scribendum hic est, NON MINVS QVAM EX VERBIS EX MENTE. Quæ phrasis non est aliena à Iurisconsultis.

Et

Et ut ait Pædius.) Cicero lib. 3. Offic. ait, cum ex Aquilio collega & familiari suo, qui de dolo male formulas protulerat, quereret, quid esset dolus malus: illum respōdisse, cum esset aliud simulatum, aliud actum. Et hoc quidem (inquit Cicero) sanè luculenter, ut ab homine perito destinandi. Idem Cicero lib. 3. de Nat. Deor. ait: Dolum malum tunc teneri putat Aquilius, cum aliud sit simulatum, aliud actum. Vlpianus inf. De dolo malo, i. uidetur hanc dolī definitionem seruio tribuere. Et uero is Aquilij discipulus & auditor fuit. Labeo autem non uidetur eam probasse, nisi adiceretur, ALTERIUS DECIPENDI CAUSA: quia alioqui possit sine dolo malo aliud agi, aliud simulari, ut eodem loco Vlpianus refert. Ergo Pædius hic, dolo malo pactum fieri interpretatur, quoties circumscribendi alterius causa aliud agitur, & aliud agi simulatur.

Ita solet inseri, &c.) Paulus lib. 2. Sentent. scribit omnibus pactis stipulationem subiici, ut ex stipulatu agatur. Huius moris meminimus sup. 4. & exempla in Pandectis passim occurruunt. Atq; hinc quidem descendit, quod dari aetio dicitur ex pacto, ex stipulatione. inf. Sol. mat. 45.

A iure communire remotum est.) Quidam legendū esse putant, REMOTVM NON EST: ut cum eo contueriat, quod dicitur inf. 27. §. 4. Sed si remotum dicatur quod est contrarium, & inf. 27. §. 4. locus ita castigetur, ut quibusdā uidetur, nihil hic mutare erit necesse.

Neclegari, nec iuriurandum, &c.) Quidam clamitant hic legendū esse, NEC LIGAT, CVM NEC IUS IURANDVM, &c. Sed alij non hoc audiunt,

cum audierunt legati mentionem hic quoq; fieri abs Harmenopulo: & illud esse quod dicitur inf. De legat. libro primo, n^o. 2. §. ult.

C A P. X.

Qui hypothecas non habent.) Interpres rectè hic adiijceret, NEC FIDEIVSSORES. Nam ut Vlpianus excipit hypothecarios creditores, sic & Paulus eos, quibus aliter satis cautum est, nempe fideiussorib. idoneis acceptis. inf. Mand. 58. §. ult. Nam & hi eiusdē conditionis esse uidentur, atq; hypothecarij: neque sunt in ordinem chirographariorum rejciendi. Quod ad priuilegiarios attinet, Paulus quoq; uifus est ijs tribuere uelle, quod hypothecarijs. Nihil tamen de ijs planè affirmat. Vlpianus uero apertè hic tradit, eos non esse excipiendoſ. Et meritò sanè. Nam & magis eorum interest quàm aliorum chirographario-rum, ut debitoris hæreditas adeatur.

C A P. XVII.

Re enim non potest, &c.) Hæc ratio significat, quod hic dicitur non contrahi obligationem ultra decem, intelligi obligationem mutui, quæ re contrahitur. Sicuti & Proculus, inf. De reb. cred. Si cert. pet. 11. §. 1. ait: Si sic dedero decem, ut undecim debeas, amplius quàm decem condici non posse. Cum ait condici, intelligit mutui conditionem, quæ esse non potest nisi quatenus datū est. Sed alia obligatio contrahi potest, ut plus redatur: ueluti ex Stipulatu, cùm fœnoris uel usure accessio petitur. Sed & Scuola, inf. de naut. fœn. 5. singulariter indicat, mutui obligationem posse pacto & cōditione pœnali amplificari, ut plus interdum debeat reddatur quæ datū sit ueluti,

ueluti, si pescatori centum mutuo dederim ad apparatus pescationis, ea conditione, ut si pisces capiat, centum & uiginti reddat: conuentio ualeat. & existente conditione, condicam centum & uiginti.

C A P. XXI.

Dico quod sub conditione legatum est.) Cur de eo?
 Quia si conditio existat, quo tempore hic paciens erit sui iuris, de re sua pactus uideatur. Nam in legatis conditionalibus inspicimus tempus conditionis existentis: quam in stipulationibus inspiciatur conuentionis tempus. inf. De diuers. reg. iur. 18. *Quod latius dixi in Commentario De cōditionibus. neque hic repetiſſem (est enim sa- tis protritum) niſi ſi etiam pertineret ad id quod hīc quoque queritur, an poſſit pacto ſuo pater remittere, quod filiofa. sub conditione relictum eſt. Certe tam id non poſteſt, ut licet filius cōſenſerit, tamen ſi minor fit, in integrum reſtituatur, ut ſpem legati recuperet : inf. De minorib. 3. §. 7.*

C A P. XXVII.

In stipulationibus ius continentur, in pactis factum uer- fatur.) Ius ciuile inter modos, quibus obligatio tollitur, refert quidem acceptilationem, que per stipulationem fit, non etiam nudum pactū non petendi: quia neque pactum nudum eo iure ad obligationem contrahendam ualeat, ſicuti stipu latio ualeat. Ergo in pactis tantum dicitur uerſa ri factum, ipſorum nempe pacientium: in stipulationibus uero ius etiam uersari. Sic factum oponitur iuri ciuili, inf. De pecul. 41. Cæterū cum beneficio & tuitione Praetoris, pacta ſaltem ua leant ad excipendum, & eadem ratione ad repli-

candum: Prætor in specie proposita dabit actionem *re priuata remotum*.

A' re priuata remotum sit.) Cuiac non temere putat rectius legi posse, A' RE PVBLICA: ut illud ipsum sit, quod dicitur à iure cōmuni remotum, sup. 7. hoc est. Reip. contrarium, uel à iure publico alienum. Quasi scriptum primū hic fuerit, A' R E P. Quod librarius male explicuerit, A' R E P. PRIVATA. Et uero pugnabit alioqui hic locus cum superiori, 7. nisi si quis malit REMOTVM hic aliter quam ibi accipere. Quæ uarietas uix est ut probari possit.

Sed si generaliter, &c.) Solet stipulatio generis comparari cum stipulatione disiunctiuæ, quasi sit utraque eiusdem conditionis, infr. De uerb. obli. 2. 6. 1. De condic. indeb. 32. §. ulti. Hic tamen Paulus singulariter differre ostendit hanc ab illa, alterumque discriminé singulare notat Marcellus inf. De solut. 72. §. 3. Vtriusque autem discriminis ratio eadem esse uidetur, quod stipulatio disiunctiuæ pauciores species, easque expressim tamquam digitos demonstratas contineat. Sed neq; in proposito comparari debet acceptilatio cum pacto non petendi. Si generaliter mihi hominem, & Stichum tibi acceptum feram, tota stipulatio perimitur. inf. De acceptil. 13. §. 4..

C A P . X X X I .

Pacisci contra edictum Aedilium licet.) Nam quod Aediles edixerunt, nempe de redhibitione, non ad rem publicam, sed ad priuatam potius singulorum utilitatē pertinet, ne emptores ignorantēs decipientur. Si uero emptor sciens prudens paciscatur de redhibitione rei uitiosae non age-

re,

re, cur suam actionem remittere non posset? inf.
De qdil.ed.14.s.5.

C A P. XXXIIII.

Ius agnationis non posse pacto repudiari.) Amitti tamen potest ciuili aliqua ratione, ueluti capitris diminutione etiam minima, ueluti emancipatio-ne, qua familia mutatur. Sed ius sanguinis siue cognationis naturalis, non ita ciuiliter tolli potest. inf. De diuer.reg.iur.8.

Nolle suum esse.) Quidam legendū putant, NOLLE SVVM LIBERVVM ESSE. Ut de filiofa hic agi intelligamus, & de suo haerede. Sed quid si potius hic intelligamus simpliciter svvm, hoc est, rem suam, uel aliquid suum? Si dominus dicat nolle suā rem esse, nō ppter ea amittit statim dominiū. inf. De acquir. pos.17.s.1. Sic etiam si conueniat, ne sim agnatus: tali uoluntate & pacto non amittam ius agnationis. Non enim familia statim ita mutatur.

C A P. XXXVI.

Cum pacifcor, ut fundum meum, quem pos-sides, tradas Attio: pacisci uideor, à te non petere, si eum Attio tradideris. Si igitur huic conditioni non parueris, pauci exceptione uti non potes. Quid igitur: si excipias, Attio, non autem mihi tradendum esse? Certè si tua interest, ut ei trada-tur, & tu in mora non fueris, audieris.

C A P. XXXVII.

Impp. Antoninus & Verus rescripserunt.) Papirius Iustus libris uiginti collegit constitutiones Di-uorum Fratrum. Ex libro secundo descriptū est singulare hoc eorum rescriptū, quod Vlpianus se-cutus uidetur, cum libro singulari de Officio cu-ratoris

ratoris Reip. scripsit, ambitiosa de creta Decurio num rescindi debere, siue aliquem debitorem di miserint, siue largiti sint. inf. De decre. ab ord. fac.

4. Sanè ante Diuos Fratres mandatis principum fuisse tales largitiones prohibitas, ex ipsius Traiani rescripto didicimus: nec tamen semper fuisse reuocatas, sicuti reuocari in causa Philippen sium hic statuerunt Diui Fratres. Quid enim?

Cùm Plinius Bithyniæ Proconsul Traianū Imp. consuluisset in hunc modum: Ecdicus Amiseno rum ciuitatis petebat apud me, à Iulio Pisone circiter quadraginta millia donata ei publicè ante te xx annos, & Bule & Ecclesia consentiente: ut baturque mandatis tuis, quibus eiusmodi donationes ueratur. Piso cōtrā, plurima se in Remp. contulisse, & propè totas facultates erogasse dicebat. Addebat etiam temporis spacium: postulabatq; ne id quod p multis & olim accepisset, cū euersione reliquæ dignitatis reddere cogeretur. Quibus ex causis integrum cognitionem differendam existimauit, ut te Domine consularem, quid sequēdum putares. Rescripsit in hęc uerba Traianus: Sicut largitiones ex publico fieri mādata prohibē: ita ne multorum securitas subruatur, factas ante aliquantum temporis retrastari, atq; in irritum uindicari nō oportet. Quicquid ergo ex hac causa actum ante xx annos erit, omittamus. Nō minus enim hominibus cuiusq; loci, quām pecuniæ publicæ consultum uolo. Potuissim equidem hoc Traiani rescriptum nūc omittere. Sed non minus dignum esse uisum est, quod hic commoretur: quām Diuorum Fratrum. Neque Tribonianī negligentiam laudo,

qui

qui talia prætermiserit multa, cum eiusdem generis alia non meliora colligeret.

C A P. X X X I X.

Veteribus placet.) Labeoni hoc placuisse, Paulus ostendit, inf. De cōt. emp. 21. Labeo (inquit) scripsit, obscuritatem pacti nocere potius debere uendori, qui id dixerit, quām emptori: quia potuit re integra apertius dicere. Idem Paulus, inf. De contrah. emptio. 34. in specie huius generis Labeonis sententiam laudat. Si (inquit) in emptione fundi dictum sit, accedere, Stichum seruum, neque intelligatur, quis ex pluribus accesserit, cūm de alio emptor, de alio uendor senserit, nihilominus fundi uenditionem ualere constat. Sed Labeo ait, eum Stichum deberi, quem uendor intellexerit. Hæc Paulus. Sed res ipsa significat (quod quidam nuper etiā admonuit) hic aut legendum aut intelligendum esse, Q. VEN
EMPTOR INTELLEXERIT. Nam ut in ambigua oratione sumitur id quod nocet uendori, sic & quod emptori utilius est. Ea enim Labeonis sententia fuit, ut & Pomponij. inf. De cōtrah. empt. 33. & uendor magis creditoris, emptor uero debitoris loco esse uidetur, ut huic potius quām illico faueamus. Nam & si ultro citroque obligatio inter eos contrahatur, tamen magis esse uidetur in potestate uendoris quām emptoris, legē cōtractui dare: quia magis emptor re opus habere, quām pecunia uendor uidetur, & ille magis quām hic urgeatur. Porro nouum & insolens uideri non debet, si hoc VETERIBVS PLACET, ad Labeonem referatur. Paulus inf. De uerb. sig. 53. postquam Labeonis meminit, statim ueterum aucto-

auctoritatem laudat. Caius inf. de usurpat. 38. ad
bolitam quorundam ueterum sententiam ait.
Eam fuisse Massuri Sabini, Gellius ostendit.

C A P. X L.

Vsuras acceptauerunt.) Atque ita uisi sunt diui-
sione eris alieni ab hæredibus factam, approba-
se. Sed habet hæc tacita approbatio tacitam quo-
que suam conditionem, si hæredes singuli, ut in-
ter eos conuenit, singulis creditoribus sorte per-
soluant. Habent ex lege XII Tabu. singuli credi-
tores contra singulos hæredes suam actionem, pro
qua parte iij hæredes sunt: neq; ulla pactione hæ-
redum, ius illud creditorum immutatur. Sed si
creditores ipsi consentiant, similiter cum ijs pa-
eti uidentur. Conuentiones autem etiam tacitas
ualere, suprà dictum est. A quo quis usuras pe-
tit uel recipit, ab eodem uidetur & sortem ex-
pectare.

Vt hæredibus consulatur.) Adde, eum qui hic pa-
etus est, magis cōsuluisse filio suo uoluisse quam
fratri. Hæc (inquam) pietatis coniectura est, ut
si sibi filium nasciturum esse putasset, fratri cum
non postposuisset. inf. De condit. & demon. 102.

C A P. X L I.

Licet actionem non habet.) In alijs libris legitur,
LICET ACTIONEM NON HABEAM: ut magis ap-
pareat hoc referri ad creditorem: & eum intelli-
gamus ex tali suo pacto non habere actionem;
qua intra eum diem sibi debiti partem solui pe-
rat: licet debitor, si eam soluat, habet exceptionem,
ut residuum soluere non teneatur. Est enim con-
ditio debitori oblata, qua, si uelit, utatur. Atque
hæc quidem perspicua sententia est.

C A P:

N O T A E.

143

C A P . X L I I .

Quantum ad fiscationem.) Nam quantum ad ipsos pacientes attinet, pactum iustum est, seruarique debet.inf.52.6.2. Forma autem iuris fisca lis, cuius hic mentio fit, est lex illa, qua fiscus conuenire potest prædiorum tributariorum quos- cunque possessores, etiam si præteriti temporis, quo nondum possidebant, uectigal nōdum per solutum petatur.inf. De publica.7. De iure fisci. 36.1.2.C. sine censu uel reli.fun.compa. non posse. Ut autem dominus aut uenditor, ex suo tamē pacto, possessori tenetur, si promiserit onus uectigalis sustinere:sic & ex empto agere hoc nomine emptor potest, si cum ignoraret, de eo nihil cauerit. Ex empto enim actionē placet nominari.inf. De publica.7.

C A P . L I I I .

Sumptus prorogare litiganti honestum est.) Ut prorogare dicitur tépus, qui id profert.inf. Loc.24. De re iudic. Et prorogare numos, quorum solditorum diem liberaliter differt, inf. De manu miss.4. Sic cause patronus hic intelligi posset prorogare sumptus in litem factos, quos non nisi litéte finita repetit ab eo, cuius nomine eos fecit. Et rectè quidem interea paciscitur, eos cum usuris legitimis tunc restitui. Posset etiam dici prorogare sumptus litis, qui eos de suo erogat, & litigatoris nomine facit animo donandi. Neque dubium est, quin sit honesta patroni talis liberalitas. Sed rara & insolens est. Satis superque liberalis ille patronus est, qui operæ suę nullam mercedem, uel (ut honestius loquar) honorariū nullum petit. Cur autē prohibeatur pacisci, ut para dimi-

dimidia, uel alia eius quod ex lite litigator ^{conse}
quatur, præstetur, manifesta ratio est, quod talis
conditio futura sit quædam peccandi illecebra.
Quid enim causidicus, ut quo iure qua iniuria
uincat, non confinget, si ab euentu litis pœdeat?
Sed nec pendente lite de salario suo simpliciter
pacisci potest, cum litigatorem in sua planè pote
state adhuc habet.inf. De extraord. cognit. 1. §. 5.
& Mand. 6. §. 6.

C A P. L X.

Imp. Antoninus rescripsit.) Valde obscurū est hoc
rescriptum, præsertim cum Auidij Cassij libel-
lus, cui respōdetur, non extet: & ex Papirij libro
nihil sit præterea hic descriptum, ex quo intelli-
gamus qua de re quæratur. Sunt qui hoc referat
ad emptorem bonorum, cum quo, ut cum bono
rum possessore decidunt certa parte, & de ea cum
eo experiuntur, ut inf. De iure iur. 9. §. 4. Est & il-
la probabilis coniectura, hoc caput pertinere ad
illud quod Caius attingit, inf. De bonis aucto-
r. iud. possid. 16. Nempe, ut creditores in distrahen-
dis bonis defuncti debitoris, cognatum præfe-
rant extraneo: & quas huic cōditiones offerunt,
illi non denegent.

C A P. L X I.

Quod hic Pomponius cōfidenter affirmat, Iu-
stinianus apud ueteres dubitatum fuisse signifi-
cavit, & noua lege uidetur Pomponij sententiam
improbasse. Sic enim multa, quæ in Pandectas re-
tulerat, postea reiecit atque repudiauit. Certè pa-
ctum, quod hic improbat, ea ratione probat,
quod alterius pacifcentis interesse interpretetur.
Iulti. C. De pact. inter empt. & uend. Verūm ethi-
tunc

tunc respōdeamus pactum ualere: tamen adhuc poterit Pomponij sententia seruari, nempe, ubi appareret alterius nō interesse, & nulla causa est cur domini ius imminuat: sicuti dicere solemus, seruitute p̄dīa nostra obſtingi, eorumq; libertatem infringi non posse, si alterius, qui stipulatur seruitutem, non interſit, ut illa seruātur.

Ad Tit. xv. De transactionibus.

C A P. II.

Non solum si, &c.) Multum tamen interest, quomodo fiat & concipiatur transactio. Si fiat solo pacto conuento non petendi, non tollitur prior actio: sed reo tantum datur exceptio, auctori uero replicatio de dolo, si reus ipse non præstet quod conuenit. Si autem fiat transactio per Aquilianam stipulationem, & subiectam acceptilationem (ut fieri ſaepeſiſ ſolet) ipſo iure planè tollitur & perimitur prior actio: & si quid & eius transactionis cauſa promiſſum ſit, ex stipulatu petitur. Quod ſi poenae stipulatio etiam ſubiectatur transactioni (ut ſubiecti plerūque ſolet, & optimum eſt ut ita fiat) talis stipulatio committetur, ſi quid contra transactionē fiat. Hæc thetica ſunt: quæ in Commentarijs fuſius expouuntur.

C A P. III.

Respondit, ſecundum ea quæ proponerentur, non poſſe.) Hoc etiam responſum, ſecundum ea quæ propo-nuntur, intelligendum eſt, & ad eam ſpeciem, de qua quæritur, reſtrigendum: cum ſcilicet Mæuius non tam alienæ hæreditatis, quam ſuæ tranſactionis prætextu, pecuniam accepit. Alioqui reſponſum eſt, petitionem hæreditatis habere per-

Kk ſonales

sonales quasdam præstationes, utputa eorum
quæ ab debitoribus sunt exæcta. inf. De petit.
hæred. 25. §. 13.

C A P. V.

Liberalitatem.) Sic Papinianus vocat accepti-
lationem generaliter conceptam, & Aquilianæ
stipulationi subiectam. Sed & rerū obligationem
sive hypothecam generalem eadem interpreta-
tione restringunt Prudentes, inf. De pignorib. 6.
Porro cum Aquilianam stipulationem hic nomi-
nat Papinianus, intelligit cum acceptilatione cō-
iunctam, ut superiori capite Vlpianus exprimit.
Neque sanè alioqui ad transactionem finiendasq;
lites pertineret, sed potius ad nouationem, no-
uamque obligationem. Legati autem in stipula-
tionem Aquilianam deducti, non solum mentio-
nit superiori capite, & inf. De acceptilat. 21. &, Ut
legat. nou. cau. i. sed & apud Ciceronem libro se-
cundo de Legibus.

C A P. VIII.

Multis hic uerbis explicatur oratio Diui Mar-
ci in Senatu recitata (quæ & propterea Senatus-
consultum appellatur, inf. De condic. ind. 23.)
de transactione alimentorum relictorum prohi-
bita sine decreto Prætoris. Causam huius prohi-
bitionis orationis' ue Vlpianus hanc fuisse præ-
fatur, cum hi quibus alimenta relicta erant, facile
transigerent, contenti modico præsenti: nempe,
quia hac sua facilitate & inconsulta temerita-
te etiam eludebant prouidentiam testatoris, me-
lius ijs consulentis, & hoc omnino uolentis, ut
cum eos fortasse intelligeret parum esse frugi, a-
limenta suo quæque tempore ijs præstarentur,
potiusquam

N O T A.

147

potiusquam pecunia tota, quam statim cōsume-
rent atque profunderent, semel representaretur.
Certè cùm propter capiētis personam, quod rem
familiarem tueri non posset, in diē esset reliquum
fideicommissum: responsum est, non liberari hæ
redem, qui ante diem id ultrò restituisset fortasse
perdituro. inf. De annu. lega. 15. De alimentis ex
nostro contractu debitis libere possumus transi-
gere, ut & de præteritis. 1. 5. C. de pact. Sed ubi
hæc duo concurrunt, testatoris prouidentia, &
uitæ alioqui futuræ aut penuriæ periculum: non
est ferendus, qui temerè spem alimentorum sibi
adimit. Itaque & hoc in primis Prætor quæret,
utrum (inquit Vlpianus) frugi uitæ sit, qui a-
liiā sufficere sibi possit: an sequioris, qui de ali-
mentis pēdeat. Sunt qui hic nō seqvioris, sed
seqnioris legendum putent, ut seqnior dicitur
inf. De iniur. 17. & seqnitiam cum inertia coniun-
git Vlpianus, inf. De susp. tut. 3. Verū & apud
ueteres scriptores reperitur seqvior: &, se-
q v i v s & alij obseruarunt, apud Apuleium bis
appellari sequiorem sexum mulierum, & apud
Marcellinum sequiorem fortunam. Addo, quod
apud Liuum lib. 2. est: Inuitus, quod sequius fit,
de ciuib⁹ meis loquor. Obseruandum autem
est, specialiter hanc causam oratione Diui Marci
mandatā esse Prætori, & propterea hanc (ut hic
quoque ait Vlpianus) notionem Prætorem al-
teri mandare non posse: sicuti & cum lex uetus
sine Prætoris decreto alienari prædia pupillorū.
inf. De reb. eor. 1. §. 1. sup. De offi. eius cui mand. est
jurisdic̄. 2.

Nam ea, quorum actiones competere ei postea compertum est, iniquum est perimi pacto. id de quo cogitatum non docetur.) Sic in libro Florentino legitur. habet tamē aliquid uicij ea uerborum cōstructio. In alijs libris paulo aliter legitur, ut prior pars ad su periorem sententiā referatur: & altera, eius ratio esse intelligatur: NON AVTEM, QVORVM ACTIO NES COMPETERE POSTEA COMPERTVM EST. INIQVVM EST ENIM PERIMI PACTO ID, DE QVO COGITATVM NON DOCETVR. Sententia certè huius loci perspicua est: nempe, nō tam uerba trāsactionis spectāda esse, quām id de quo est actum, siue plus siue minus in hoc sit, quām in illis.

C A P . X I H I I .

Respondit, si ijdem creditores essent, qui transactionem fecissent.) Locus hic mutilus esse uidetur in libro Florentino. Vulgo autem sic sarcitur quod deest: SI IIDEM CREDITORES ESSENT, QVI TRANSACTIONEM FECISSENT: ID OBSERVAN DVM ESSE DE AERE ALIENO, QVOD INTER EOS CONVENISSET. Ut intelligamus, si heredes illi, scriptus nempe, & legitimus, qui transge runt, ijdem erant creditores, seruare eos debere suam de diuisione aeris alieni hereditarij conuentionem. Recte sanè, si de eo conuenerint: neque tunc quicquam est de quo dubitetur. Sed quid, si de eo nihil conuenerint? Quæstio est dignior, de qua respondeat Scæuola. Certè constat confundi obligationem, pro qua parte creditor ha res est debitoris: pro reliqua parte teneri cohæredem. Hic itaque respondendum est, quod in se quenti

quenti casu respondet Scæuola, propter incertum successionis, utiliter alterū alteri teneri pro ea parte, quam habet ex hæreditate, perinde atq; si uterque hæres scriptus, uel uterque legitimus esset. Nam & si quis pro parte testatus, & pro parte intestatus decedere non posse dicatur: tamen transactio hic facit (quia propter incertum successionis aliter statui commode non potest) ut pro parte hæres sit ex testamēto, & alter pro parte ab intestato. Sic alia distinctione hic opus nō esset, neque deberemus tunc quicquam hic interserere, unico responso contenti: nempe, Siue ijdem creditores sint, qui transactionem fecissent, nempe hæredes ipsi, siue alij essent creditores: utrumque pro parte hæreditatis, quam ex transactione habet, conueniri: hoc est, in primo casu, alterum alteri: in secundo, utrumque creditoribus eatenus teneri. Cūm non de creditoribus, sed de legatarijs quæreretur, simpliciter respondit Scæ uola, scriptum hæredem esse conueniendū, cum legatarij ex testamento alium conuenire nō possint. Sup. 3. Sed creditores tam cōuenire possunt legitimū, quām testamentarī: solumq; considerant pro qua parte hæres sit, qui conuenitur propter legem xii Tabularum, quæ inter hæredes diuidit æs alienum, pro qua parte hæredes sunt.

C A P. X V.

Sed cōsultius est, &c.) Si pœnæ stipulatio nulla hic adiecta sit, sed sit simplex acceptilatio, per Aquilianā stipulationē: nō poterit rescindi transactio-
nis pactum, quia omnis uestus actio planè sublata
esse intelligitur. Sed ubi adiūcta est pœnæ stipu-

Kk 3 latio,

latio, ea quodammodo infringit uim acceptilationis. quasi conditio & potestas pacti rescindendi oblata uideatur: hoc est, hoc conuenisse uideatur, ut agi adhuc possit, & pœna tunc cōmitti. Quorsum enim alioqui pœnā stipularemur, quæ committi non posset? Cōmitti autem non posset, si nullo modo agi possit. Sed in hac specie aliquid singulare est, quod Cœfides adiecerunt, l.40.C.de transact. Nempe, hanc pœnam exoluī ante cognitionem causæ, siue prioris actionis exercitionem: ut scilicet hæc actio, quæ summo alioqui iure per acceptilationem sublata erat, ex æquo & bono restituatur, quia qui pœnam consecutus est, non possit præterea aliud ex conuentione commodum consequi. Quod igitur hic Paulus ait consultius esse, æstimadum id est ex utilitate stipulatoris: qui quidem si tatum uelit transigendo perimere actionem, nō est cur pœnam stipuletur. Sed si non recusat actionem repeti, & ab aduersario rursus intendi, modò pœnam consequatur: tum certè pœnam certam sub ea conditione stipuletur.

C A P. X V I.

Regula Iuris est, si pacto subiecta sit simpliciter pœnæ stipulatio, & pacti exceptionem & ex stipulatu actionem locum habere posse: non ut utraque simul locum habeat, sed ut quam uoleat, eligat stipulator: una uero electa, altera omittat. sup. De pact. 10. §. 1. inf. De pact. dotal. 12. §. 2. De recept. qui arbit. 23. Cæterum Hermogenianus hic docet, posse ita conueniri, ut utraque simul locum habeat, nempe si expressim pœnam stiplemur, ratio nihilominus manente pacto. Quo modo

modo posse nos pœnam stipulari, Diocletianus
quoque rescript. 17. C. de transact. Sed nisi ita
nominatum conuenerit, interpretamur potius al-
ternatiuum ueluti esse conuentionem, ut uel pa-
tio stetur, uel pœna solvatur: ut satis sit alterum
præstari. Nam quod singulariter statui contrâ ui-
detur in l. 41. C. de transact. ut non est idonei au-
toris: sic & iniustum & iniustum esse, suo loco
ostendam. Quodq; præterea interpretes hic obij-
ciunt ex Paulo, inf. De recept. qui arbi. 30. ab
ijs non intelligi, suo quoque loco
demonstrabo.

F I N I S.

Kk 4

AD NOTAS IN I ET
II Digestorum

INDEX.

- A**ccensus 87 **A**rgentarij in foro Ro. suas
acceptilatio per stipulationem sit 137 tabernas habebant 130
L. Acilius 57 argentariorum scriptura sit
Actio rescissoria 122 restitutoria ibid.
adoptiones 73 **A**ristotelis locus 64.65
adcessores, & corum salarya 96.97 arrogatio 73.74
aduocati quando honoraria Asconij Pediani locus 49
reddere non debeant 96
Aeliani locus 70
Acientia & negantia pugnat 27.28
album Praetoris 107
antecessores Iuris 23
antinomiae 28
antinomias omnes tolli ex libris Digest. scuerè præcepit Iustinianus 26
Appia via 55
Apronius 127.128
aqua Claudia 55
Aquilius de dolo malo formulas protulit 135
Aquilius Gallus nunquam Iuris Civilis rationem ab aequitate sciunxit 59
arbiter 129 **B**Albi I. C. in respondendo considerata tarditas 59
Barbarius 87
Bembii locus 50
Budaei locus 57.82
Calendis Ianuar. non lictum olim Rom. feriari, cum aliæ omnes Cal. feri atæ essent 126
capite minui quid 80
Capitolini locus 67.125
P. M. Cato, eiusq; filius I. C. 58
cavere propriè quid 118
causidici planè rudes 22
cenotaphium 78.79
Censores Senatu indignos mouebant 80
Centi-

I N D E X.

- Centimalus 55
 Centumuiri, Cetumuirale iudicium 105
 Cerycia 79
 Ciceronis nobile & Ro. exemplum 68
 Ciceronis locus 19. 20. 26.
 27. 32. 33. 38. 39. 43. 44.
 48. 50. 51. 52. 56. 80. 113.
 126. 127
 Cilicia 51
 clarissima personæ 81
 Ap. Claudius 55. 56
 Clementis Alexandrini locus 70
 Codex quando editus 34
 coercitio, correctio 64
 coloniæ à municipijs differunt 111
 commercium 39
 conditionis indiuisœ uis 124
 Connarus 72
 consarcinatores Pandectarum 30
 consiliarij 96
 Consul Ro. quo tempore ordinis factus 82. 83
 contractus 39
 contumacie pena 112
 conuentio nuda 131 publi ca 132
 conuentionis uerbum generale, s̄apientia speciale 131
- cōuentiones tacite ualēt 142
 T. Coruncanus 57
- D
- Dandi uerbo, datio iudicis significabatur 98
 decreta ambitiosa Decurionum rescindi debet 140
 decretalis bonorum possessio 99. 103
- Decuriones 112
 Demosthenis locus 63. 64
 deportati à πέλοπες dicti 115
 dicendi uerbo iurisdictio significabatur 98. 104
 dictatores quo tempore creati 45
 dies civilis 126 fastus, nefastus ibid.
 dies naturalis 116
 dies ultimus Decembris co-mitialis uidetur fuisse 125. 126
 diffindere diem 114
 Dionysij Halicarn. locus 14.
 42. 43. 45
 dolus malus quid 135
 domus cuiq; tutissimum refugium 116
 Duumiri 111. 112
- E
- Edicis 140
 edere, editio 117. 118
 edictalis bonor. possessio 99
 Kk 5 edi-

INDEX.

- edictum perpetuum certum
 quoddam veluti corpus
 iuris perpetui 19.20.22
 editio 129.127.128
 Eguinarius Baro I. C. 92
 emancipationis ambages 76
 emancipationes 72.73.74
 eremodictum, & eius deser-
 tionis pena 823
 euocatio 74
 Eutropij locus 20
- F
- Q. Fabius 56.57
 familia 103.189
 feriae Denicales 114
 Festi locus 41.42.45.57.
 130.131
 fideicomissa 53.54
 fideiussor locuples 119
 fideiussoris datione hypo-
 theca non finitur 118
 fiscalis iuris forma 143
 Florentinus liber 148
 foederum tria genera 132
 foemini nulla comitiorum
 communio est 75
- G
- Auli Gellij locus 20.43.
 44.54.60.91.113.126.
 130
 gladij potestas 102.103
 Græculis hominibus uniuer-
 si, ab urbe condita Iuris,
- omniumq; antiquitatum
recognitio mandata 24
- H
- Haloandri Chronologia
34.104
- Harmenopulus 136
- Hermogenianus laudat ordi-
nem editi perpetui 21.
31
- Hippocratis sententia 68
- I
- Iacobus Cuiatus I.C. 109.
134.138
- imperium deponere quid 89
imperium generaliter inter-
dum accipitur 101
- imperium merum & mix-
tum 102.103
- imperijs sedes, forma & fa-
cies mutata 28.29
- inieccio manus 114
- inquisitionis mandatum 90.91
- judices à præside dati 106
- iudicium 41
- Iuliani Consulis & patricij
Constantinop. laus 23
- Iuliani sententia reprobata
133
- Iuliani locus 110
- Iulus Cæsar destinavit Ius
Ciuite ad certum modum
redigere 19
- Iure

I N D E X.

- | | |
|--|----------------|
| <i>iureconsultorum nomencla-</i> | |
| <i>tura</i> | 60. 61. 62. 63 |
| <i>eorundem perpetua quæ</i> | |
| <i>dam diffensio</i> | 27 |
| <i>Jurisperiti adstabant plerum-</i> | |
| <i>que iudicibus datis</i> | 96 |
| <i>iurisdictio generaliter inter-</i> | |
| <i>dum accipitur</i> | 101 |
| <i>iurisdictio urbana et pere-</i> | |
| <i>grima</i> | 48. 49. 50 |
| <i>iurisprudentia ex iusticia</i> | |
| <i>descendit</i> | 37 |
| <i>iurisprudentia post Iulium</i> | |
| <i>nouis I.C. disputationi-</i> | |
| <i>bus cumulata</i> | 19 |
| <i>ius agnationis quando amit-</i> | |
| <i>ti poscit</i> | 139 |
| <i>Ius Civile</i> | 17 |
| <i>ius cognationis naturalis</i> | 139 |
| <i>ius dicentis nomine, Prætor</i> | |
| <i>urbanus intelligitur</i> | 53 |
| <i>ius dicere quid</i> | ibid. |
| <i>ius gentium</i> | 38 |
| <i>ius gladii</i> | 103 |
| <i>ius ipsum magis quam mos</i> | |
| <i>maiorum spectandum est</i> | |
| <i>90</i> | |
| <i>ius naturale, siue naturæ</i> | 37. |
| | 38. 67 |
| <i>ius omne ciuile Crassus in ge-</i> | |
| <i>nera digerere cogitauit</i> | 18 |
| <i>ius patronatus</i> | 114. 115 |
| <i>ius propriæ</i> | 40. 41 |
| <i>ius quid</i> | 37 |
| <i>ius sanguinis</i> | 139 |
| <i>ius uarium et cōtrouersum</i> | |
| | 26. 27 |
| <i>in Ius uocare, ducere, aut po-</i> | |
| <i>stulare</i> | 40 |
| <i>iuris Civilis magnus usus in</i> | |
| <i>Q. Mutio, ars uero in u-</i> | |
| <i>no Seruio</i> | 18. 19 |
| <i>iuris Civilis scientia difficilis</i> | |
| <i>uisa</i> | 17. 18 |
| <i>iuris R. tria uolumina tri-</i> | |
| <i>bus annis cōposita</i> | 33. 34 |
| <i>iuris scientia tempore A.</i> | |
| <i>Marcellini repugnatiū si-</i> | |
| <i>bi legū dissidijs abolita</i> | 21 |
| <i>iuris uniuersi et finiti com-</i> | |
| <i>positio et descriptio, ma-</i> | |
| <i>gna et præclarares</i> | 17 |
| <i>iura qualiter constituenda</i> | |
| | 65 |
| <i>Iustinianus audax facinus,</i> | |
| <i>aggressus</i> | 22 |
| <i>Iustinianus cōqueritur cont-</i> | |
| <i>mentarijs I.C. factum es-</i> | |
| <i>se, ut rursus iurispruden-</i> | |
| <i>tia cōfusa, atq; in infini-</i> | |
| <i>tum producta fuerit</i> | 21 |
| <i>Iustinianus suo Triboniano</i> | |
| <i>contentus</i> | 22 |
| <i>Iustiniani de conceptione Di-</i> | |
| <i>gest. mandatū</i> | 23. 24. 25 |
| | L |
| <i>Lactantij locut</i> | 41 |
| | m |

I N D E X.

<i>in Legatis cōditiōnalib. in-</i>		<i>Liuij locus</i>	<i>45.46.47.48.</i>
<i>spicimus conditionis exi-</i>			<i>52.53.132</i>
<i>stentis tempus</i>	<i>137</i>	<i>Lucius, uel Licinius Crassus</i>	
<i>legati sancti</i>	<i>79.80</i>		<i>58</i>
<i>lex adoptionis</i>	<i>58</i>		
<i>lex Aebutia</i>	<i>43</i>	M <i>Acrobij locus</i>	<i>42.116</i>
<i>Aemilia</i>		<i>mandatum nouē interpolat-</i>	
<i>56 Bebia</i>	<i>53</i>	<i>tionis</i>	<i>29</i>
<i>Cincia</i>		<i>manumissionis ambages</i>	<i>76</i>
<i>66 Cornelia</i>	<i>110</i>	<i>Manutius</i>	<i>49</i>
<i>de edulij</i>		<i>Marcellini locus</i>	<i>147</i>
<i>84 Hortensia,</i>		<i>matresfamilie quæ dicantur</i>	
<i>Horatia</i>	<i>43</i>		<i>72</i>
<i>Iulia</i>	<i>69.</i>	<i>minister ueræ religionis cū</i>	
<i>81 Mensia</i>	<i>71</i>	<i>sacris publicè operā dat,</i>	
<i>Papia</i>		<i>non adducitur in ius</i>	<i>114</i>
<i>69.81 Portia</i>	<i>103</i>	<i>minores magistratus</i>	<i>113</i>
<i>Re-</i>		<i>mora semel cōmissa an pur-</i>	
<i>gia</i>	<i>66 Tribunitia</i>	<i>gari posīt</i>	<i>124.125</i>
<i>Valeria</i>	<i>44</i>	<i>Mutianus</i>	<i>58</i>
<i>lex de Argentarijs</i>	<i>130</i>	<i>Q. Mutius Scæuola P. M.</i>	
<i>de in ius uocatione</i>	<i>116.117</i>	<i>I. C.</i>	<i>58.59</i>
<i>de seditiosis</i>	<i>127</i>		
lex XII Tab. fons omnis		N <i>Notæ in testamentis locū</i>	
<i>publici priuatiq; iuris fu-</i>		<i>non habent</i>	<i>25</i>
<i>it</i>	<i>17</i>	<i>notis ueteres usi sunt</i>	<i>25.26</i>
lex XII Tab. inter hære-		<i>noxe æstimatio</i>	<i>121</i>
<i>des æs alienū diuidit</i>	<i>149</i>	<i>Numæ leges</i>	<i>41.42</i>
lex Imperij	<i>66</i>		
<i>lex uetat, ne quem ledamus</i>		O <i>Obligatio mutui pacto et</i>	
<i>165</i>		<i>conditione pœnali ampli-</i>	
<i>legis descriptio</i>	<i>63.64</i>	<i>ficari potest</i>	<i>136.137</i>
<i>leges regie</i>	<i>41</i>	<i>obligatio mutui re contrahibi-</i>	
<i>liberales causæ</i>	<i>67.68</i>	<i>tur</i>	
<i>liberalitas generaliter con-</i>			
<i>cepta, acceptilatio dicta</i>			
<i>146</i>			
<i>liberi sui, sui hæredes</i>	<i>119</i>		
<i>libertini</i>	<i>71</i>		

I N D E X.

<i>tur</i>	136	<i>bant</i>
<i>obligationes</i>	39	<i>permutatio</i>
A. <i>Oſilius multos de re Ciui-</i>		<i>pernoctare</i>
<i>l libros conscripsit</i>	20	<i>Plinius Secundus Bithynie</i>
<i>oratio D. Marci de transa-</i>		<i>proconsul</i>
<i>ctione alimentorum</i>		<i>Plutarchi locus</i>
	146.147	43.46.
<i>ordinem editi perpetui, Pa-</i>		70.8
<i>dictarum architecti non</i>		<i>pœna deserti uadimonij</i>
<i>semper secuti</i>	33	<i>pœnam non stipulanur, que</i>
<i>Ouidij locus</i>	37.126	<i>committi non potest</i>
P		
<i>Acto perimi id de quo co-</i>		<i>A. Politiani locus</i>
<i>gitatum non docetur,</i>		<i>Pomponius I.C.</i>
<i>iniquum</i>	148	42.42.
<i>pacto si subiecta sit simpli-</i>		43.46.47
<i>citer pœnæ stipulatio,</i>		<i>Pomponij sententia, an Iusti-</i>
<i>& pacti exceptio, & ex-</i>		<i>nianus rectè improbarit</i>
<i>stipulatu actio locum ha-</i>		144.145
<i>bet</i>	150.151	<i>prefecti prætorio, et eorum</i>
<i>pacta beneficio Prætoris ad</i>		<i>origo</i>
<i>excipiēdum & replican-</i>		83.84
<i>dum ualent</i>	137	<i>prefecti urbi</i>
<i>pactis stipulatio subiicitur</i>		84.85
	135	<i>prescriptio</i>
<i>Pacuinius</i>	30	129
<i>Papirius lustus</i>	139	<i>Prætor</i>
<i>Paratitla</i>	36	86.87.98.99.100.
<i>pauperes in iure Ciuii qui</i>		<i>urbanus & peregrinus</i>
	108	48.53
<i>pax à pactionis conditione</i>		<i>Priscianus egregius Gram-</i>
<i>dicta</i>	130.131	<i>maticus</i>
<i>peregrinitas</i>	115	23
<i>peregrino honores & iura</i>		<i>proconsul</i>
		89.90
		<i>proconsul prohibetur abno-</i>
		<i>ctare</i>
		91
		<i>prorogare tēpus, nummos,</i>
		<i>sumptus litis</i>
		143
		<i>puellæ impuberes in ius uo-</i>
		<i>carin non possunt</i>
		117
		<i>Quæ</i>

I N D E X.

Q		satisfidare interdum pro fa-
Quæstiores	90. 102	tis facere dicitur ibid.
questiones publicæ et capi-		P. M. Scœuole auguris do-
tales, à causis ciuilibus		mis, iurisprudentia er-
fuerunt separatae	102	gō oraculum ciuitatis dē-
Quæstores	86	cta
Quatuorviri	III. 112	Scipio Nasica, & eius filius
Quintiliani locus	27. 53.	56. 57
	115. 116. 130	scriptura mensæ
R		129
Rationes conciliandarum		scriptura priuata patrisfa-
antinomiarum	27	ad probationē aduersus
redhibitio ad quos pertineat		alium non ualebat
	138. 139	129
religio absentiam excusat	(114)	segnior
restitutio minorum	25	147
an-		Sempronius Sophus
nis, fuit Prætoriæ cogni-		56
tionis	99	Senatoriæ personæ
P. Rutilius Rufus Asiae pro-		81
consul	58	sepulcræ imaginaria
S		79
Sacerdotes	78	sequior, sequior sexus mulie-
sagmina	79	rū, sequior fortuna
Saluius Julianus tempore A-		147
driani edictum perpetuum		Seruij I.C. auditores
composuit	20. 21	59. 60
Saluum Julianum prætorij		Sibyllini libri olim obscuris
edicti perpetui ordinato-		notis scripti
rem prædicat Iustinianus	21	25
Sardinia	51	Sicilia
satisfaciendi uerbum latius		51
patet	118	sigla, parua signa
		25
		sophi
		96
		speciosæ personæ
		81
		sponsionis uerbum quid
		64
		stationarij milites
		84. 85
		statores, stratores
		87. 128
		status mutatio, mutat formā
		capitalis iudicij
		121
		stipulatio disiunctiva
		138
		stipulatio generis
		ibid.
		in Stipulationib. inspicitur
		conuen

I N D E X.

<i>conuentio</i> nis tempus	137	Triumuirorum monetarium	
Suctonij locus	122.123.125	note	50
C. Sulla questiones publi-		tutoris suspecti questio	95
cas constituit	50.52.53	V	
sunshæres	74	Ades in re familiaris, et	
*uvāmayaue	132.133	causa criminali	120
T		uadimonij conceptio	123
C. Taciti locus	53	Valerij Maximilocus	127
Tertullianum S.C.	69	Valerius Probus	25
testationis uerbum	63	Varro optimus rerum Ro.	
Theodosius secundus uete-		interpres	113
rum prudentum scripta		Venox	55
confirmauit	22.23.24	uerbena, uerbenarius	79
transactio quomodo fiat, et		uesticeps	74
concipiatur, multum in-		ueterum auctoritas	141.
terest	145	142	
Tribonianus edictum perpe-		uindex assiduus	119
tuum superare uoluit	3	uocationis in ius antiquus	
Triboniani negligētia	140.	mos	115
141 eiusdem partitio	33	urbs Roma cōmunis patria	
Tribunorum pleb. iurisdi-		dicta	70
cōcio		X	
Triumuiri capitales	54	Enophontis locus	116
	50		

F I N I S.

X.